

De oratione Herodoti.

Singularem esse et propriam Herodoti orationem inter omnes constat. Nam ut tempore medius est inter poetas epicos et scriptores Atticos, qui oratione soluta sunt usi, ita in libris ejus mira et egregia earum virtutum conjunctio comparet, quae in utrisque reperiuntur. Quod quum legentibus ultero se offerat, dignum tamen est, quod accuratius explicetur et illustretur. Qui enim provinciam veteres scriptores interpretandi suscepérunt quum id videre debeant, ut discipuli non modo res percipiāt, quae a veteribus memoriae traditae sunt, sed etiam oratione contemplanda scriptorum ingenia atque naturas penitus cognoscant, facere non possunt, quin quae in libris veterum cujusque a ceterorum consuetudine differre et ad perspectiendum ejus ingenium atque indolem pertinere videantur, ea sibi ipsi colligant et in unam summam componant. In Herodoto autem edendo haud spernendus hominum doctorum numerus effecit, ut quonam modo singula sint accipienda et interpretanda paucis tantummodo locis sit in ambiguo. Neque tamen operae pretium mihi videbar perdere, quum uno quasi conspectu ea complexus quae singulis locis sese praebarent propriam orationis Herodoteae naturam describere conarer. Sed hoc mihi liceat praefari, non id me spectasse, ut omnia quae omnino possent ea de re dici afferrem; longum enim id erat pro commentatiunculae ejusmodi terminis; itaque id potius secutus sum, ut disputatio per capita tantum in quibus res versari videbatur decurreret.

Sunt autem duae res quae contemplantibus Herodoti orationem occurunt. Primum enim verbosa quadam copia et luxuria sermonis historiae parens effecit, ut et res et periodorum junctura atque constructio facillime perspici;

deinde eadem de causa ubi periculum est ne longiores vel impeditiores evadant periodi, a severitate structurae solet recedere atque existunt anacoluthiae quae vocantur. Is enim prosae orationis apud Graecos est progressus, ut copiae rerum et verborum quasi pugnandum sit cum legibus illis periodos formandi, quibus sententiae digeruntur disponuntur astringuntur. Ejusmodi quasi quandam luctationem in oratione Herodoti apparere hac commentatiuncula demonstrare mihi propositum est. Videbatur autem ea disputandi via ingedienda esse, ut primum de copia et ubertate elocutionis Herodoteae in universum, tum de stru-
cturae proprietate et anacoluthiis dissererem.

Ac primum quidem Herodotus luxuriante quadam verborum copia id spectasse videtur, ut quaecunque diceret quam facillima essent intellectu. Quod ut efficiat aut eadem voce saepius uti aut vocabulo per se sufficienti alterum adjicere consuevit, quod quum non opus sit tamen illius notionem accuratius definiat et circumscribat. Ita locutiones ejus generis existunt, quas pleonasmos grammatici dicunt. Sed contemplemur singula. Plus semel adjectivi alicujus vis augetur addito substantivo, quod si abesset nemo certe desideraret. Ita reperitur I, 51 μεγάθει μέγας; πλήθει μέγυστος (de Caucaso I, 203); μεγάθει σμικρός (II, 74); λίθος μεγάθει περιμήκεας II, 108; πλήθει πολλοῖ VII, 223; cf. VII, 117; 128. Abundat etiam saepius adverbium μᾶλλον appositum comparativo I, 31 ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν Cf. I, 32; VII, 143 ταῦτα ἔγνωσαν αἰρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ — IX, 9. Ceterum id etiam apud alios scriptores legitur cf. Heindorf ad Plat. Euthyd. p. 281, 6. — Verbosius superlativi vis augetur I, 171: ἔθνος λογιμώτατον τῶν ἔθνεων ἀπάντων μακρῷ μάλιστα. — Simili ratione verborum compositorum significatio accuratius exprimitur addito eodem adverbio quocum composita sunt, ut legimus III, 16 ἐκφέρειν ἔξω; II, 155 ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω; nec multum distat VIII, 53 ἐργοποιον ἑωντοὺς κατὰ τοῦ τείχους κάτω. Pariter adverbium per se planum et dilucidum longius explicatur II, 20 εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τὸν ἄλλον ποταμὸν, ὃσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι δέοντι, δι μοιως πάσχειν καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Νεῖλῷ. VIII, 4 αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον. XI, 39: οἱ Πέρσαι ἀφειδέως ἐφόνευον οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίων οὔτε ἀνθρώπων.

In primis familiare est Herodoto verbo finito participium aut ejusdem verbi aut alicujus, quod eandem habet significationem, ita addere, ut prorsus

abundare videatur. Sexcenties locutiones reperiuntur: ἐλεγε φάσ, φασὶ λέγοντες, quales etiam Homeri proprias esse nemo ignorat. Praecipue ita participia verbo adjiciuntur, ut ex illis pendeat aliquid, quod ad circumscribendam verbi notionem pertinet; simplicitas enim et perspicuitas dictionis Herodoti ita fert, ut malit ejusmodi pleonasmum admittere quam ita formare sermonem, ut ab uno verbo pendeant plura. Ex ingenti exemplorum numero haec tantum afferamus: I, 140 οἱ μάγοι — πάντα πλὴν κυνὸς καὶ ἀνθρώπου κτείνοντες καὶ ἀγώνισμα τοῦτο μέγα ποιεῦνται, κτείνοντες δημοίως μάρμηκάς τε καὶ ὅφις; I, 131 ἐπιμεμαθήκασι (οἱ Πέρσαι) καὶ τῇ Οὐρανῇ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβῶν. VIII, 74 οἱ δὲ — ἀρρώδεον οὐκ οὔτω περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες, ὡς — VIII, 113 ἐξ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους, τοῖσι εἴδει τε ὑπῆρχε διαλέγων VII, 8, 2 ἐς Σάρδις ἐλθόντες ἄμα Ἀρισταγόρῃ τῷ Μιλησίῳ, δούλῳ δὲ ἡμετέρῳ, ἀπικόμενοι ἐνέπρησαν τά τε ἄλσεα cet. — Sed haud exiguus etiam eorum locorum exstat numerus, quibus participium prorsus abundare manifestum est, ut V, 95: Ἄλκαῖος — φεύγων ἐκφεύγει et pariter IV, 23 δις ἦν φεύγων καταφύγη ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικεῖται IV, 28 ἔποι δὲ ἀνεχόμενοι φέρουσι τὸν χειμῶνα τοῦτον. III, 95 τὸ δὲ ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπιεῖς οὐ λέγω. Cf. II, 108 ἐχρέοντο — χρεόμενοι IV, 12 οὗτος δὲ ἄλλος ξυνὸς Ἐλλήνων τε καὶ βαρβάρων λεγόμενος λόγος εἴρηται. Simili modo infinitivus positus est VI, 81, δὲ Κλεομένης τὴν μὲν πλέω σιρατὴν ἀπῆκε ἀπιέναι ἐς Σπάρτην. —

Atque id ipsum, ut idem aut iisdem aut propinquis verbis bis dicatur, iis qui Herodotum legunt, toties occurrit, ut varietatem illam dictionis, quam ut efficiant ceteri scriptores in eadem notione saepius exprimenda vocabula mutare solent, nullo modo spectasse, immo iteratis iisdem verbis perspicuitatem potius sermonis quam celerem narrationis progressum secutus esse videatur. Ita verba iterantur II, 158 ἥπται δὲ ἀπὸ Νείλου τὸ ὑδωρ ἐς αὐτὴν, ἥπται δὲ κατύπερθε δύλιγον Βουβάστιος. III, 1 Καμβύσης αἰτεε Ἀμασιν θυγατέρα, αἰτεε δὲ ἐκ συμβουλῆς ἀνδρὸς Αλγυπτίου, et paullo post verbum αἰτεε tertio redit; III, 102 οὗτοι καὶ μαχιμώτατοι εἰσι Ἰνδῶν καὶ οἱ ἐπὶ τὸν χρυσὸν στελλόμενοι εἰσι οὐτοι. III, 104 καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἀπιών (δὲ ἥλιος) ἔτι μᾶλλον ψύχει, ἐς δὲ ἐπὶ δυσμῆσι ἐών καὶ τὸ κάρτα ψύχει. III, 117 οὗτοι οἱ περ ἐμπροσθε ἐώθεσαν χρᾶσθαι τῷ ὕδατι, οὐκ ἔχοντες αὐτῷ χρᾶσθαι συμφορῇ διαχρέονται, IV, 146 κτείνοντες δὲ τοὺς ἄν κτείνωσι Λακεδαιμόνιοι νυκτός I, 8 καὶ σεο

δέομαι μὴ δεεσθαι ἀνόμων. IV, 53 brevi intervallo iisdem fere verbis Borysthenes maximus et uberrimus esse fluvius dicitur; VI, 4 idem verbum δοῦναι et incipit et claudit sententiam; I, 32 nomen ἡμέρα quater exstat; IV, 199 δογῆ ter repetitum est; I, 11 extrema verba η ἐπιχείρησις ἔσται nihil sibi volunt nisi illud redintegrare quod modo dictum est: η δομή ἔσται. Ita duae enuntiationes sic inter se copulantur I, 137 αἰνέω μέν τν τόνδε τὸν λόγον, αἰνέω δέ καὶ τόνδε. cet.

Eiusmodi exemplorum quum multo major congeries colligi possit, nihil est, quod offendamur locis qualis est II, 1 (*Καμβύσης*) αὐτός τε μέγα πένθος ἐποίησατο καὶ τοῖσι ἄλλοισι προεπε πάσι τῶν ἥροις πένθος ποιεεσθαι, ubi Kruegerus πένθος ποιεεσθαι ejici vult; vel II, 20 ἔλεξαν — τριφασίας δδοὺς, τῶν τὰς μὲν δύο τῶν δδῶν οὐδὲ ἀξιῶ μηησθῆναι, ubi idem τῶν δδῶν spuriū habet. —

Restat ut etiam particulas quasdam interdum iterari commemoremus, ut δε bis invenitur et in protasi et in apodosi IV, 204: τὸν δὲ ἡγδραποδίσαντο τῶν Βαρκαλων, τούτους δὲ ἐκ τῆς Αἴγυπτου ἀνασπάστους ἐποίησαν παρὰ βασιλέα. I, 171 τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι, ὅσοι δὲ εόντες ἄλλον ἔθνεος δμόγλωσσοι τοῖσι Καροῖ ἐγένοντο, τούτοισι δὲ οὐ μέτα. VI, 58 ὃς δὲ ἐν πολέμῳ τῶν βασιλεών ἀποθάνῃ, τούτῳ δὲ εἰδωλον σκενάσαντις ἐν κλίνῃ εὗ ἐστρωμένη ἐκφέρουσι. Cf. II, 26; IV, 126. Particula μέν bis posita est VII, 6: εἰ μέν τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τῶν μὲν ἔλεγε οὐδὲν, δ δὲ — Cf. II, 42. Praeterea particulas μέν et δε una iterari, ut III, 108: ὅσα μὲν ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκε ὅσα δὲ σχετλια καὶ ἀνηρά, διγόγονα, nihil est quod miremur, quum etiam apud Atticos non sit inusitatum. Particula καὶ bis posita est III, 152 οὐδὲν ἐδύνατο ἔλειν σφεας, ἄλλοισι τε σοφίσμασι πειρησάμενος καὶ δὴ καὶ τῷ Κύρῳ εἶλε σφεας καὶ τούτῳ ἐπειρήθη.

Quodsi eorundem vocabulorum repetitio et luxurians quaedam orationis ubertas Herodoti propria est, id ipsum admiratione dignum videtur, quod narratio ejus nunquam languida neque molesta est. Optime enim illud ingenio ejus scriptoris convenit, quem Cicero ait sine ullis salebris quasi sedatum amnem fluere et Quintilianus ita esse dulcem et candidum et fusum judicat, ut omnia in eo leniter fluere dicat. Atque nescio an haec ipsa orationis Herodoteae copia praecipua similitudinis illius sit effectrix, quam appareat inter historiae patrem et Homerum intercedere. Quamquam enim etiam alia sunt in utroque, quae comparari inter se posse infra ipsi commemorabimus, hoc tamen in primis

proprium videtur poesis epicae, ut vates narrando non minus ipse delectetur, quam alias delectat, atque commoda quadam et jucunda suavitate fabulas exponat. Quod quidem in Herodoti narrationem cadere quis est quin ex illis locis quos supra attulimus similibusque facile perspiciat?

Sed longius patere hoc studium plane et copiose loquendi apud Herodotum apparebit, quum structuram sermonis et quanam ratione sententias inter se copulaverit et primariae enuntiationi secundarias annexuerit contemplari erimus.

Ac principalis quidem lex, quam Herodotus in conformandis periodis secutus esse videtur, ea est, ut ratio quae inter singulas earum partes intercedit, non solum ex ea parte, quae ex altera pendet, sed etiam ex illa, ex qua pendet, possit intelligi. Itaque quoniam enuntiatio quae ex altera pendet, anteposita illi a qua pendet (apodosi), protasis Graece appellatur, Herodotus etiam in apodosis initio multimodis solet indicare ad illam ipsam enuntiationem quae praecesserit hanc esse referendam. Quantopere ita augeatur elocutionis perspicuitas, videbit qui quam difficile saepe sit in longioribus periodis apodosis initium cognoscere meminerit. — Adverbia autem ea, quibus apodosis incipitur, non pauca sunt. Saepissime ita οὗτοι et οὗτω δὴ usurpat, ut IX, 6 ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μακρότερά τε καὶ σχολαίτερά ἐποίεσθαι, δὲ ἐπιών καὶ δὴ ἐν τῇ Βουοτίῃ ἐλέγετο εἶναι, οὗτοι δὴ ὑπεξεκομίσαντο πάντα — VIII, 23 ἀκαγγειλάντων δὲ τούτων τὰ ἡν, οὗτοι δὴ ἄμα ἡλιώ σκιδναμένω πᾶσα ἡ στρατη ἔπλωε —; ubi genitivus absolutus protasis vice fungitur. Longum est plures apponere locos, quum innumera eorum copia se praebat ut I, 5; I, 62; I, 172; IV, 179; IX, 18; 23; 35; 86; 108; 118 al. Item post participia illud οὗτοι vel οὗτω δή saepissime invenitur ut VI, 61: δρέσονται δὲ τὴν γυναικα περὶ πολλοῦ ποιευμένην θέσθαι, οὗτοι δὴ τὴν τροφὸν δέξαι τὸ παιδίον Cf. III, 11; V, 86; 32; 118; II, 100; 136; VII, 2; VIII, 137 cet. — Atque idem earum particularum usus apud alios scriptores haudquaquam inusitatus quidem est, sed tamen multo minus frequens. — Collocatur autem adverbium οὗτος plerumque in initio apodosis; uno tamen loco eam claudit VII, 170: ὑπὸ Μικύθου τοῦ Χοίρου ἀναγκαζόμενοι — καὶ ἀπικόμενοι τιμωροὶ Ταραντίνοις ἀπέθανον τρισχίλιοι οὗτοι.

Eodem loco particula ἐνθαῦτα ponitur VI, 95 ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ οὗτοι οἱ ἀποδεκτέντες — ἀπίκοντο τῆς Κιλικίης ἐς τὸ Ἀλίγιον πεδίον —, ἐνθαῦτα στρατοπεδεύομένοις ἐπῆλθε ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατός Cf. I, 61; 76; 84; II, 30;

56; VI, 99; 109; V, 34; 112; IX, 52; 97 cet. ἐν θαῦτα δὴ exstat **VI, 13;**

23 al. Etiam genitivum absolutum ἐνθαῦτα sequitur **VI, 39** τελευτήσαντος δὲ Στησαιγόρεω τόπῳ τριῶδε, ἐν θαῦτα Μίλτιάδεα — ἀποστέλλοντο οἱ Πεισιστρατίδαι. Cf. I, 82; 103 cet.

To ἐνθεῦτεν invenitur **III, 98:** ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωνται καὶ πόψωσι, τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι Cf. I, 162; **IX, 102;** **τότε** **ἐν τούτῳ** **VIII, 37.** Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἥσαν οἱ βάροβάροι ἐπιόντες καὶ

ἀπώρεον τὸ ίρὸν, ἐν τούτῳ δὲ προφῆτης — δρᾶ πρὸ τοῦ ηροῦ ὅπλα προκείμενα; **VIII, 87** pro simplici ἐν τούτῳ dictum est ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ Cf. V, 108; IV, 95; **τότε** **πρὸς ταῦτα** similiter usurpatum est post participium I, 165;

τότε I, 21; VII, 79; **IX, 129.** Praeterea particula δή in apodosis initio ab Herodoto pariter ponitur atque ab aliis scriptoribus, ut **IX, 19** ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοτο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἑρυθρὰς, **ἔμαθον** τε δὴ τοὺς βαροβάροντας ἐπὶ τῷ Ἀσσώπῳ στρατοπεδευμένοντας Cf. I, 32; **VIII, 18;** **IX, 60,** et καὶ δή **IX, 7, 2** διότι τεῖχος ὑμῖν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἔλαυνόμενον ἐν τελεῖ ἔστι, καὶ δὴ λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε. Cf. **IX, 48; 66.**

ἄν exstat **I, 132;** **VI, 11** cet. — **πρὸς ταῦτα δή ἄν** **V, 124;** **VIII, 111.** **τοιγαῶν** **IV, 149.**

Postremo etiam particula δὲ commemoranda est, qua apud Herodotum saepissime apodosis initium indicari nemo nescit. Innumerorum exemplorum unum tantum ascribatur **III, 37** ὡς — τούτους μὴ ὅπωπε, ἐγὼ δὲ οἱ σημαντέως Cf. II, 32; III, 37; IV, 99; 172; V, 40; 73 cet. Annexatur autem particula δὲ sexcenties aut articulo δὲ quum aliis locis tum in apodosis initio aut pronomini personali, ubi haec ipsa prorsus abundant, ut **VI, 3** ἐνθαῦτα δὴ εἰρωτεόμενος ὑπὸ τῶν Ἰσιών δὲ Ἰσιάδες, καὶ δὲ τι προθύμως οὐτω ἐπέστειλε τῷ Δοισταγόρῃ ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος καὶ καπὸν τοσοῦτο εἴη Ἰωνας ἐξεργασμένος, τὴν μὲν γενομένην αὐτοῖσι αἰτίην οὐ μάλα ἐξέφαντε, δὲ δὲ ἐλεγε σφι, ὡς βασιλεὺς Αἰαρεῖος ἐβούλευσατο Φοίνικας μὲν ἐξαναστήσας ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίαι, nam pronomine δὲ ipse Histiaeus significatur; **I, 171** τὸ γέρο παλαιὸν ἐόντες Μήνω τε κατήκοι καὶ καλεόμενοι Λέλεγες (sc. οἱ Κάροις) εἶχον τὰς ἥσους, φόρον μὲν οὐδένα ὑποτελεούτες, ὃσον καὶ ἐγώ δυνατός εἰμι μακρότατον ἐξεισθαι ἀκοῆ, οἱ δὲ, ὃκως

Μήνος δέοιτο, ἐπλήρονν οἱ τὰς νέας. — Pronomina personalia ita inveniuntur I, 206 οὐκ ὡν ἐθελήσεις διοθήκησι τησίδε χρῆσθαι, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ἢ δὲ ἡσυχῆς εἶναι, σὺ δὲ εἰ μεγάλως προθυμέεαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε μόχθον μὲν, τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν ποταμὸν, ἄπει, σὺ δὲ ἡμέων ἀναχωρησάντων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερών διάβαντες τὴν ἡμετέρην. — VIII, 22 εἰ δὲ ὑμῖν ἔστι τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμεῖς δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ὑμῖν ἐξεσθε καὶ αὐτοὶ καὶ τῶν Καρῶν δεεσθε τὰ αὐτὰ δμῖν ποιέειν. — Quem quidem usum Herodoto communem esse cum Homero notum est; contra apud Atticos raro invenitur. Cf. VI, 30; VI, 52; VII, 51; 160; 162 cet. Sed obiter tantum ea res hoc loco videtur perstringenda esse, quem satis accurate grammatici de ea disputaverint.

Illud autem monendum est, diversam inter se esse vim particularum illarum, quibus Herodotum solere apodosin incipere demonstravimus. Nam quum ἐν τούτῳ ambarum enuntiationum actiones indicet eodem tempore esse factas et ἐνθεύτερον alteram posteriorem esse ostendat, ἐνθαῦτα modo hac modo illa ratione est accipiendum. Contra οὖν, τοιγαροῦν, δή ponuntur ubi in protasi causam apodosis inesse significandum est. Άε autem particula id sibi velle videtur, contrarii quid inesse in duabus enuntiationibus, quod si constructionem paullum mutaverimus facile intelligetur; sicut illo loco quem supra ascripsi: δε τούτους μὴ ὅπωπε, ἐγώ δὲ οἱ οηματέω, haec latet sententia, multos esse qui imagines illas non viderint, Herodotum contra eas nosse itaque alios edocere posse. Et VII, 160 εἰ τοῦ μὲν πεζοῦ ὑμεῖς ἥγεισθε, τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐγώ hoc dicitur: vos quidem peditum duces eritis; ego autem copiarum maritimarum. Egregie ea de re disputavit Buttmann ad Demosth. Mid. in excursu VII, et idem ad Soph. Phil. v. 87. Cf. Herm. ad Vig. p. 847, qui hoc genus loquendi proprie anacoluthon esse censet; optimo jure si Atticorum tantum rationem habemus; apud Homerum contra et Herodotum facile primariam et propriam hujus adverbii significationem agnoveris, quae a particula δή non longius distat, quam μέν et μήν inter se differunt; est enim δε nihil nisi attenuatum δή. Angustioribus finibus hujus particulae usus tum demum est circumscriptus, quum enuntiationes primariae quae vocantur et secundariae toto genere disjungebantur; quod quidem discrimin exiguum esse apud Herodotum infra erit demonstrandum. — Paullo acrius simile quid indicatur et apud Herodotum et apud alios scriptores particula ἀλλά, sicut V, 39 εἰ — σίγε σεωντοῦ μὴ

περιορᾶς, ἀλλ' ἡμῖν τοῦτο ἔστι οὐ περιοπτέον. Cf. VII, 10, 6; IX, 27. Quem usum quum Attici servarint, particula δὲ in apodosis initio exceptis paucis locis propria esse videtur Ionum.

Qua autem de causa Herodotus adverbia quaedam in apodosis initio ponit, propter eandem eodem loco pronomine demonstrativo saepius utitur, quam aut ceteri scriptores consuerunt aut opus esse videtur. Ita enim ratio, quae inter duas enuntiationes intercedit, non solum in priore, quae ex relativo aut ex conjunctione aliqua pendet, sed in altera quoque, ad quam relativum sive conjunctio refertur, indicatur. Ex permultis ejus rei exemplis pauca afferamus I, 11 *τὸν οἶδα αὐτὸς πρῶτον διάρχαντα ἀδίκων ἔογχων ἐς τὸν Ἑλλήνας, τοῦτον σημῆνας προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου.* V, 34 *τὰ τε ἔχοντες ἥλθον χρήματα οἱ Πέρσαι, ταῦτα καταδεδαπάρητό σφι.* VI, 133 *τῇ μάλιστα ἔσκει ἐκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο ἄμα νυκτὶ ἐξηίρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου.* Cf. I, 21; 47; 80; III, 63; V, 39; 45; VI, 97; 109; VIII, 68, 2; 83; 115; IX, 26; 48; 99 cet.

Neque tamen desunt loci, quibus scriptor, quamvis satis longae sint periodi, apodosis initium accuratius insignire neglexit, ut VII, 134 *ἀκθομένων τε καὶ συμφορῆς χρεομένων Λακεδαιμονίων ἀλλὰς τε πολλάκις συλλεγομένης καὶ κήρουγμα τοιόνδε ποιευμένων εἰς τις βούλοιτο Λακεδαιμονίων πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, Σπερθίας τε — καὶ Βοῦλις — ἐθελονταὶ διέδυσαν ποιηὴν τίσειν Ερέση* Cf. II, 15; VIII, 126; IX, 13; 50; 109. —

Consuetudo Herodoti quam in copulanda apodosi cum protasi sequitur omnibus locis agnosci potest, quibus enuntiationis alicujus tenor interposita alia enuntiatione interruptus est. Tum in posteriore sententiae parte id efficere studet, ut aliquo modo prioris admoneamur, sive unum vel plura illius membra aut addito aut omisso pronomine οὗτος repetuntur, sive eorum loco pronomen demonstrativum ponitur, quo quae supra dicta erant, redintegrantur et quasi recipiuntur. Itaque in ejusmodi enuntiatis ἐπανάληψις quaedam locum habet. Est vero mira quanta exemplorum ejus rei copia. Et primum quidem huic pertinent ii loci, quibus amplior periodus interjecta altera enuntiatione ita in duas partes dividitur, ut posterioris initio repetatur subjectum, sicut V, 62 cohaerentia sermonis haec est: *Ἴππιέω τυραννεύοντος — Ἀλχμαῖωνιδαι γένος ἔσοντες Ἀθηναῖοι καὶ φεύγοντες Ηεισιστρατίδας, ἐπει τέ σφι ἄμα τοῖσι ἀλλοισι Ἀθηναῖων φυγάσι — οὐ προεχώρεε κάτοδος, ἀλλὰ προσέπταιον — πειρώμενοι*

κατιέναι τε καὶ ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, Λειψύδριον τειχίσαντες, — ἐνθαῦτα οἱ Ἀλκμαῖωνιδαι πᾶν ἐπὶ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι. Sic igitur instituit Herodotus structuram, ut quum jam initio subjectum totius enuntiationis primariae (*οἱ Ἀλκμαῖωνιδαι*) positum sit, tamen, quoniam multis aliis interjectis memoria excidere potuit, iterum addatur. Simillima est forma enuntiationis c. 99 ejusdem libri. Orditur sententia a subjecto Ἀρισταγόρης; jam interponitur altera enuntiatio: ἐπειδὴ οὐ τε Ἀθηναῖοι ἀπίκοντο, ἀμα ἀγόμενοι Ἐρετριέων πέντε τριήρεας, οἱ — tum tam multa sequuntur de Eretrienibus, ut iis absolutis venisse Athenienses et Eretrientes scriptori iterum commemorandum esse videatur; quare pergit οὗτοι ὡν ἐπει τέ σφι ἀπίκοντο καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι παρῆσαν; jam tandem eo perventum est ut verbum addatur: ἐποιέστο στρατηγίην, sed quum subjectum satis longo intervallo distet a praedicato, illud quoque iteratur: ἐποιέστο στρατηγίην δὲ Ἀρισταγόρης ἐς Σάρδις. Et hoc statim loco annotetur, proprium in ejusmodi repetitionibus Herodoti esse usum particularum οὖν et δή, ut IV, 76: ὁδὸς δὲ (*Ανάχαρσις*) ἀπίκετο ἐς τὴν Σκυθικὴν, καταδὺς ἐς τὴν καλεομένην Υλαίην (ἢ δ’ ἔστι μὲν παρὰ τὸν Ἀχιλλεῖον δρόμον, τυγχάνει δὲ πᾶσα ἐοῦσα δενδρέων παντοίων πλενη), ἐς ταύτην δὴ καταδὺς δὲ Ἀνάχαρσις τὴν δοτὴν πᾶσαν ἐπετέλει τῇ θεῷ. —

Ut in locis de quibus modo disputavimus subjectum bis positum est, sic verbum repeti reperimus V, 47: συνέσπετο δὲ Αωριέϊ καὶ συναπέθανε Φίλιππος —, δις — ἔφυγε ἐν Κρότωνος, ψευσθεὶς δὲ τοῦ γάμου οἴχετο πλώσιν ἐς Κυρήνην, ἐκ ταύτης δὲ δρμεόμενος συνέσπετο —. VI, 82 δὲ (*Κλεομένης*) σφι ἔλεξε, οὔτε εἰ ψευδόμενος οὔτε εἰ ἀληθέα λέγων ἔχω σαφηνέως εἶπαι, ἔλεξε δ’ ὡν. —

Objectum enuntiationis bis positum est VI, 13: οἱ στρατηγοὶ τῶν Σαμίων παρ’ Αίάκεος — ἐκείνους τὸν πρότερον ἔπειπε λόγοντος δὲ Αίάκης — δεόμενός σφιων ἐκλιπεῖν τὴν Ιάνων συμμαχίην, οἱ Σάμιοι ὧν δρέοντες ἀμα μὲν ἐοῦσαν ἀταξίην πολλὴν ἐκ τῶν Ιάνων ἐδέκοντο τὸν λόγοντος, quo quidem loco cum repetitione objecti repetitio subjecti est conjuncta, sed admissa tamen ea licentia a scriptore, ut pro οἱ στρατηγοὶ τῶν Σαμίων in posteriore parte tantummodo οἱ Σάμιοι diceret. — Cf. VII, 58: Μέλανα ποταμὸν οὐκ ἀντισχόντα τότε τῇ στρατηῇ τὸ δεσθρον, ἀλλ’ ἐπιλιπόντα, τοῦτον τὸν ποταμὸν διαβὺς — ἦν πρὸς ἐσπέρην. — Aliis locis participia una cum objectis repetuntur, ut I, 164

ἔσθεμενοι τέκνα καὶ γυναικας καὶ ἐπιπλα πάντα, πόδες δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα τὰ
ἐκ τῶν ιδῶν καὶ τὰ ἄλλα ἀναθήματα, χωρὶς ὅτι χαλκὸς ἢ λίθος ἢ γραφὴ ἦν, τὰ
δὲ ἄλλα πάντα ἔσθεντες — ἐπλωον ἐπὶ Χίον. Est etiam locus, ubi adverbium
bis positum est VIII, 106: ἐνθαῦτα καταβάς κατὰ δῆ u πρᾶγμα δὲ Ἐρμότιμος ἐς
γῆν τὴν Μυστὴν — εὐρίσκει τὸν Παιώνιον ἐνθαῦτα. Nam etsi prius ἐνθαῦτα
ad καταβάσιν, alterum ad εὐρίσκει referendum est, tamen semel tantum particula
opus erat. Simili repetitioni plena enuntiatio inservit, quae pendet a particula
ως V, 22, namque nihil aliud in ea inest quam quae accusativo cum infinitivo
jam antea dicta erant. Verba autem haec sunt: Ἔλληνας δὲ εἰναι τούτους
— κατάπερ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτός τε οὗτος ἐπιστάμενος καὶ δῆ καὶ ἐν τοῖσι ὅπισθε
λόγοισι ἀποδέξω, ως εἰσι Ἔλληνες.

Aliud ejus ἐπαναλήψεως genus existit, quum enuntiatio secundaria, quae
primariae enuntiationis verbo anteposita est, ita in unum quasi contrahitur, ut
verbi participium verbo primario adjiciatur. Ejusmodi locus exstat VI, 76:
Ἐπει τε δὲ Σπαρτιῆτας ἄγων ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν Ἐρασίνον, δε λεγεται δέειν
ἐκ τῆς Σινμηγλίδος λιμνῆς — ἀπικόμενος δ' ὁν δὲ Κλεομένης ἐπὶ τὸν ποταμὸν
τοῦτον ἐσφαγιάζετο αὐτῷ. V, 115: Ἰωνες δὲ οἱ ἐν Κύπρῳ ναυμαχήσαντες
ἐπει τε ἔμαθον τὰ πρήγματα τὰ Ὄνησίλον διεφθαρμένα καὶ τὰς πόλιας τῶν
Κυπρίων πολιορκευμένας τὰς ἄλλας πλὴν Σαλαμῖνος, ταύτην δὲ Γόργῳ τῷ προ-
τέρῳ βασιλεῖ παραδόντες, αὐτίκα μαθόντες οἱ Ἰωνες ταῦτα ἀπεπλων ἐς τὴν
Ιωνίην. Contrario modo genitivus absolutus ita redintegratur, ut ejus verbum
pendens a particula ἐπει vel ως cet. verbo primario apponatur II, 15: Εἰ ὁν
βούλόμεθα γνώμησι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι τὰ περὶ Αἴγυπτον, οἵ φασι τὸ Λελτα-
μοῦνον εἶναι Αἴγυπτον, ἀπὸ Περσέος παλεομένης σκοπῆς λεγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν
εἶναι αὐτῆς μέχρι Ταριχῆεων τῶν Πηλουσιακέων, τῇ δὴ τεσσεράκοντά εἰσι σχοῖνοι,
τὸ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτὴν μέχρι Κερκασόρου
πόλιος, κατ' ἥν σχίζεται δὲ Νεῖλος ἐς τὸ Πηλούσιον δέων καὶ τὸ Κάνωβον, τὰ δὲ
ἄλλα λεγόντων τῆς Αἰγύπτου τὰ μὲν Αιβύνης τὰ δὲ Αραβίης εἶναι, ἀποδεικνύομεν
αν τούτῳ τῷ λόγῳ χρεόμενοι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαι πρότερον χώρην. VII,
43 Ἀπικομένου δὲ τοῦ στρατοῦ ἐπὶ τὸν Σκάμανδρον, δε πρῶτος ποιαμῶν,
ἐπει τε ἐκ Σαρδίων δομηθέντες ἐπεχείρησαν τῇ δδῷ, ἐπέλιπε τὸ δέεθρον οὐδὲ
ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ τε καὶ τοῖσι πτήνεσι πινόμενος, ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν
ως ἀπικετο Ξέρξης δε τὸ Ηριάμον Πέργαμον ἀνέβη. Huc referendi sunt
etiam ii loci, quibus non idem verbum bis est positum, sed tamen altero verbo

notio tantummodo prioris redintegratur, ut V, 91: *Tότε δὲ ὡς ἀνέλαβον οἱ Αἰακεδαιμόνιοι τὸν χρησμὸν καὶ τὸν Ἀθηναῖον ὥρεον αὐξομένους καὶ οὐδαμῶς ἔτοιμους ἐόντας πείθεσθαι σφι, νόῳ λαβόντες, ὡς ἐλεύθερον μὲν ἐὸν τὸ γένος τὸ Ἀττικὸν ἰδόρροπον τῷ ἐωντῶν ἀν γένοιτο, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος ἀσθενὲς καὶ πειθαρχεοθαί ἔτοιμον, μαθόντες δὲ τούτων ἕκαστα μετεπέμποντο Ἰππίην; idem enim significant participia νόῳ λαβόντες et μαθόντες. Simile est quod VIII, 112 legimus: λέγων ὁν ταῦτα συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παροίων, οἱ πυνθανόμενοι τὴν τε Ἀνδρὸν ὡς πολιορκέοιτο διότι ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλέας ὡς εἴη ἐν αὐτῇ μεγίστη τῶν στρατηγῶν, δεῖσαντες ταῦτα ἐπειπον χρήματα; notio enim quae participio πυνθανόμενοι erat expressa, etiam in participio δεῖσαντες inest, praeterquam quod in hoc ad audiendi notionem timendi notio accedit, quae ex illa sequitur. — In repetitionum ejusmodi numero etiam ii loci habendi sunt, quibus Herodotus complures enuntiationes postremo breviter complectitur atque ita idem bis dicit; sicut II, 26 hae enuntiationes: εἰ δὲ ἡ στάσις ἦλλακτο τῶν ὁδεων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ μὲν νῦν δ βορέης τε καὶ δ χειμῶν ἐστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἡν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαυθρόης, τῇ δὲ δ νότος νῦν ἐστηκε, ταύτῃ δὲ δ βορέης scriptor contrahit: εἰ ταῦτα οὕτω εἶχε, jam sequitur apodosis: δ ἥλιος ἀν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσου τοῦ οὐρανοῦ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ βορέω ἡγείσας ἀν τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης — Et II, 43 καὶ μὴν δι γε οὐ παρ Ἑλλήνων ἔλαβον τὸ οὖνομα τοῦ Ἡρακλεος Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ Ἑλληνες μᾶλλον παρ Αἰγυπτίων, καὶ Ἑλλήνων οὗτοι οἱ Θέμενοι τῷ Ἀμφιτρύωνος γόνῳ οὖνομα Ἡρακλεα, πολλά μοι καὶ ἄλλα τεκμήριά ἔστι τοῦτο οὕτω ἔχειν. Ita complures enuntiationes postremo verbis τοῦδε εἰνεκεν complectitur I, 86 δὲ συνήσας πυρὴν μεγάλην ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσόν τε ἐν πέδησι δεδεμένον καὶ διε ἐπτὰ Λυδῶν παρ αὐτὸν παῖδας, ἐν νόῳ ἔχων εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεω δὴ, εἴτε καὶ εὐχὴν ἐπιτελέσαι ἐθέλων, εἴτε καὶ πυθόμενος τὸν Κροῖσον εἶναι θεοσεβέα, τοῦδε εἰνεκεν ἀνεβίβασε ἐπὶ τὴν πυρῆν cet.*

Quodsi ita Herodotum saepissime unum vel plura sententiarum membra repetivisse reperimus, ubi interjecta aliqua enuntiatio illarum connexum atque cohaerentiam videbatur interrumpere, non minus saepe pro iterato uno altero- ve nomine pronomen οὗτος solum positum esse appareat. Exemplo sint hi loci: VIII, 84 Αἰγυπτῖαι (λέγοντοι τῆς ναυμαχίης) τὴν κατὰ τὸν Αἰακίδας ἀποδημήσασαν Αἰγυπταν (νέα) ταύτην εἶναι τὴν ἄρξασαν. VIII, 95 Ἀριστείδης δὲ Λυσιμάχον, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τοῦ καὶ δληγῷ τι πρότερον τούτων ἐπεμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστον,

οὐτος ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ — τάδε ἔποιεε. IX, 67 οἱ γὰρ αἰδίζοντες τῶν Ἑλλήνων οὗτοι εἶχον προθυμίην οὐκ διάγην μαχόμενοι. IX, 111 ὁ δέσποτα, τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχοηστον, κελεύων με γυναικα, ἐκ τῆς μοι πᾶσις νεηνὶς τέ εἰσι τοῖς καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ παιδὶ τῷ σεωντοῦ ἥγάγεο γυναικα — ταύτην με κελεύεις μετέντα θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι. Potest multo etiam major exemplorum numerus afferri (II, 124; 135; III, 5; 14; 132; 140; 147; 153; IV, 16; 44; 61; 64; 72; 76; 140; 145; 154; V, 91; 101; 108; VI, 9; 54; 58; 100; VII, 123; 187; VIII, 10; 28; 53 cet.) Sed sufficient quae ascripsimus, ut propriam esse Herodoti illam ἐπανάληψιν cognoscatur. Nam etsi inusitata est apud alios scriptores, tamen apud eos nec tam frequens invenitur nec tam arcte cum ipsorum scriptorum ingenio ac natura videtur coaluisse. —

Quum in iis, de quibus adhuc disputavimus, protasis potissimum cum apodosi juncta in quaestione versata sit, jam viam quam ingressi sumus amplius persecuti ad ea vertamus quae ad copulandas inter se totas sententias pertinent. Sunt autem ea quae hic sese praebent omnino iis consentanea et similia de quibus supra diximus; nam consuetudo illa vocabula iterandi etiam hic tam longe patet, ut vix alia ratio connectendi sententias saepius reperiatur. Itaque ubique sententiae aliquod membrum cum precedente commune aut est aut cogitari potest Herodotus, eas ita solet conjungere, ut illud bis ponat. Exemplo sit VII, 154; ibi enim Syracusanos Corinthii et Coreyraei liberavisse eorumque res ea conditione composuisse ut Camarinam Hippocrati dederent his verbis narrantur: *Συρακουσίους δὲ Κορίνθιοί τε καὶ Κερκυραῖοι ἐρρύσαντο μάχῃ ἑσσωθέντας — ἐρρύσαντο δὲ οὗτοι ἐπὶ τοῖσδε καταλλάξαντες, ἐπ' ὅτε Ιπποκράτει Καμάριαν Συρακουσίους παραδοῦναι.* Et a Periandro et Epidaurum urbem et Proclum filium captos esse sic Herodotus narrat: *καὶ εἴλε μὲν τὴν Ἐπίδαυρον, εἴλε δὲ αὐτὸν Προκλέα καὶ ἐξώγοησε.* Similimus est locus VI, 135 *Πέριοι δὲ πυθόμενοι ὡς ἡ ὑποξάκοδος τῶν Θεῶν Τιμώ Μιλτιάδη κατηγήσατο, βουλόμενοι μιν ἀγτὶ τούτων τιμωρήσασθαι θεο πρόπους πέμπουσι ἐς Αἰλιοὺς, ὡς σφεας ἡσυχίη τῆς πολιορκίης ἔσχε, ἐπειπον δὲ ἐπειρησομένους, εἰ καταχρήσονται τὴν ὑποξάκοδον.* Cf. III, 1; 102; 111; II, 158; IV, 95; V, 26; 79; 117; 122; VIII, 79; IX, 2. — Nec multum differt, quod scriptor ut verbo aliquod membrum adnectat nonnunquam pro verbo finito participium repetit, ex quo illud pendeat. Ejusmodi praeter nonnullos eorum locorum, qui p. 2 commemorati sunt, haec sunt exempla: IV, 36 τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου

εἰναι. Υπερβορέω οὐ λέγω, λέγων ὡς τὸν δίστον περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν.
IV, 39 λήγει δὲ (ἢ Ἀραβίη), οὐ λήγοντα εἰ μὴ νόμῳ, ἐς τὸν κόλπον τὸν
Ἀράβιον. V, 39 Κλεομένης δὲ δὲ Ἀναξανδρίδεω εἶχε τὴν βασιληῖην, οὐ κατὰ
ἀνδραγαθίην σχὼν ἀλλὰ κατὰ γένος.

Frequentissime autem ita duae sententiae a scriptore inter se conjunguntur, ut quod fuit prioris enuntiationis verbum finitum, ab ejus participio posterioris initium fiat. Neque tamen id apud unum Herodotum reperitur, sed tanto saepius apud hunc, quam apud ceteros legitur, ut cum universa orationis Herodoteae natura cohaerere sit manifestum; ut I, 8 Καρδαύλης ἡράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικὸς, ἐρασθεὶς δὲ ἐνόμιζε οἱ εἶναι γυναικαὶ πολλὸν πασέων καλλίστην. VI, 118 ἐπυνθάνετο (*Δάτις*) διόθεν (τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα) σεσυλημένον εἶη, πυθόμενος δὲ εἴς οὖ ἦν ἴρον, ἔπλωε τῇ ἑωυτοῦ ἥπερ ἐς Δῆλον. VI, 108 Ἀθηναίοισι δὲ ἀπιοῦσι ἐπεθήκαντο Βοιωτοὶ, ἐπιθέμενοι δὲ ἐσσώθησαν τῇ μάχῃ. IV, 11 ὡς δὲ δόξαι σφι ταῦτα (λόγος ἐστι) διαστάντας καὶ ἀριθμὸν ἵσους γενομένους μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους καὶ τοὺς μὲν ἀποθανόντας πάντας ὅπ' ἑωυτῶν θάψαι τὸν δῆμον τῶν Κιμμηλῶν παρὰ ποταμὸν Τύρην, — θάψαντας δὲ οὗτοι τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς χώρης ποιεοῦσθαι. Cf. I, 19; III, 41; 94; 95; IV, 10; 160; 201; V, 12; 20; 51; 30; 44; 45; 58; 82; 114; VI, 7; 35; 52; 67; 77; 84; VII, 148; 167; VIII, 106; 123; IX, 11 cet. — Atque non solum participio ejusdem verbi quod in priore enuntiatione positum erat, Herodotus ita saepissime utitur, sed etiam alio ejusdem vel propinquae significationis, sicut V, 120 καὶ ἐπιοῦσι τε τοῖσι Πέρσῃσι συμβάλλοντι καὶ μαχεσάμενοι ἐπὶ πλεῦν ἢ πρότερον ἐσσώθησαν. VIII, 36 οἱ δὲ Λελφοὶ πυνθανόμενοι ταῦτα ἐς πᾶσαν ἀρρωδεῖην ἀπικατο, εἰ δειματὶ δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες ἐμαντεύοντο. — Eodem denique spectat quod pro tali participio participium verbi ποιεῖν ponitur, ut V, 81 καὶ μὲν ἔσυρσαν Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους, ποιεῦντες δὲ ταῦτα μεγάλως Ἀθηναίους ἐσίνοντο et γίγνεσθαι V, 109 τούτου δὲ τοιούτου γνωμένου ἔλεξαν οἱ τύραννοι cet. cf. V, 114.

Duae autem res hac Herodoti consuetudine efficiuntur. Primum enim ea lege orationem ejus teneri appetet, ut particulae illae, quae non tam efferendis notionibus inserviunt, quam rationes indicant, quae inter notiones intercedant, minus frequentes sint. Nam omnibus illis locis pro iteratis verbis conjunctiones sive adverbia potuerunt usurpari. Pro εἴλε μὲν Ἐπίδαυρον, εἴλε δὲ αὐτὸν Προκλέα dici poterat: εἴλε οὐ μόνον Ἐπίδαυρον ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Προκλέα; pro participio

ἔρασθεις I, 8 alias dixisset: *Κανδαύλης ἡράσθη τῆς ἑωντοῦ γυναικὸς, διὰ τοῦτο ἐνόμιξε οἱ εἶναι γυναικαὶ πολλὸν πασέων καλλιστην;* et VIII, 36 nobis in promptu esset sententiam ita vertere οἱ Δελφοὶ ἐπεὶ πυνθανόμενοι ταῦτα ἐσ πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκατο, ἔμαυτεύοντο. Sed Herodoti consuetudinem non modo simpliciorem esse et faciliorem, sed etiam poetico quodam colore sermonem ea affici quis est quin sentiat? *) Itaque apud omnes fere poëtas similia inveniuntur. —

Deinde — id quod non minus ad pöetici, in primis epici sermonis similitudinem accedit — Herodotus ita format sententias, ut quo quid referatur non extra unius enuntiationis complexum circumspiciendum sit, sed ut omnia quibus ad intelligendam unamquamque sententiam opus est, ipse addat. Huic studio omnia dicendi quaecunque quis ad intelligendum requirere possit debetur, quod scriptor, priusquam ad novas res exponendas progrediatur, saepe

*) Ut intelligatur quibusnam de causis Herodoti oratio poeticae similis esse recte dicatur, praeter ea, quae in ipsa commentatione passim commemorata sunt, etiam illud hic breviter annotetur, inesse in ejus libris uberrimam earum locutionum copiam, quae μεταφοραι Graece appellantur. Quae quantum valeant ad veritatem et naturalem quandam vigorem orationis sentiet qui in legendō animū ad hanc rem attenderit. Aliquot ejusmodi locutiones hic apponantur: VI, 27 legimus *ἰε γόνον τὴν πόλιν Ἱβαλίς* cf. Aeschyl. Pers. 929—30: *Ἄστια δὲ χθῶν, βασιλεὺς γαῖας, αἰγαῖς αἰγῶς ἐπὶ γόνῳ κέκλιται.* Imitatus est Appianus Punic. 94; bell. civ. II, 146; III, 20. — VI, 33 πυρὶ πόλιν νέμει igni urbem dare, (alii νέμει eodem sensu quo depasel accipiunt). I, 143 *ἐν σκήτῃ τινὸς εἴησι* cf. VII, 172. I, 215; *ἀναμάσσειν* quod proprie est detergere I, 155 de luendo criminē accipendum est, ut apud Homerum Od. τ, 92 *ἔρδουσα μέγια ἔργον, ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάζεις.* I, 190 *τὸ δεύτερον ἔσσε υπέλαμψε.* I, 146; VI, 62 *ὅρκον τινὶ ἐπελαύνειν* jurejurando aliquem adstringere. VI, 73 *αἱς τῷ Κλεομένῃ εὐδόλωτη τὸ ίε τὸν Δημάρχητον πεῖγμα* quam Cleomeni res in Demaratum bene cessisset. VII, 10 *Μαρδόνιος ἐπιλείνας τὴν Εἰρήνην γράμμην* sententiae Xerxis assentatus. VII, 50, 2 *κινδύνους ἀναρριπτίσσειν* pericula contemnentes — V, 106 *ἐπ' ἰεντοῦ βαλίσθαι* se reum supponere — *φιλίαν συνεκεράστητο* VII, 151 — *παραγγυμοῦν τὴν γάμην* I, 126 — *ποταμὸς ἱερύνεται στόματι τετορεάσκοντα* I, 202 — *ἐπικαπλάνειν* I, 212 dicuntur verba, quae ex ebriorum ore emergentia in alios jactantur — III, 14 *ἐπὶ γῆςας οὐδὲ* sicut apud Homerum Il. XXII, 60. XXIV, 487. Od. XV, 246, 348. — III, 146 *προσεμπτικεινεσθαι τινὶ* exacerbari in aliquem — III, 155 *πᾶς οὐκ ἐξίπλωται τῶν φρενῶν στωντὸν διαφθίσεις* nonne tu mente captus es te ipse dilanians? — *τὴν ζόνη καταπλίκειν* vitae telam pertexere IV, 205. cf. V, 92 — *ἀναδραμεῖν* de efflorescente republica I, 66. Cf. VII, 156 et Homer. Il. XVIII, 56 *ὁ δάνιδεραμεῖς λέγει θεός.* — VI, 31 verbum *σωγηνεύειν*, quod proprie de irretiendis piscibus usurpatur, ad homines translatum est, qui ita capiuntur, ut Persae junctis manibus simile quid retium efficiant. — Similia ubique reperiuntur.

ea breviter repetit, quae modo verbosius narravit. Locutiones autem, quibus claudit et quasi comprehendit sententias sunt: *ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι* (VII, 239), *τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἰρητο* (VIII, 27). Similia exstant I, 213, ubi postquam narravit quonam modo Tomyris reginae filius mortem sibi attulisset, sic pergit: *καὶ δὴ οὗτος μὲν τρόπῳ τοιούτῳ τελευτᾷ, Τόμυρις δὲ — VIII, 13 καὶ τούτοισι μὲν τοιαύτῃ νῦξ ἐγένετο, τοῖσι δὲ ταχθεῖσι αὐτῶν περιπλάνειν Εὔβοιαν ή αὐτῇ νῦξ πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη — VIII, 34 οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτράποντο, ἄλλοι δὲ αὐτῶν — ὡρμέατο ἐπὶ τῷ ἰδὸν τῷ ἐν Δελφοῖσι. VIII, 39 τούτων μὲν νῦν τῶν ἀνδρῶν αὐτῇ ἀπὸ τοῦ ἰδοῦ ἀπαλλαγὴ γένεται, δὲ δὲ Ἐλλήνων νευτικὸς στρατὸς — ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νέας. IX, 114 κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξερξεω καὶ τὸν Μαστιστεω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο, οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης δομηθέντες Ἐλλῆνες — ἀπίκουτο ἐς Ἀβυδον.* Non minus familiare Herodoto est, quid sit narraturus paucis antea indicare. Ita III, 68 ubi expōnere vult quonam modo compertum sit quis esset magus ille, qui Cyri se filium esse simularet, sic orditur: *δύστω δὲ μηνὶ ἐγένετο κατάδηλος τρόπῳ τοιῷδε — et paullo post (Ὀτάνης) ὑποπτεύσας μιν ἐποιεε τάδε cf. III, 118 Παφρέοντας κατέλαβε νέβροισαντα τάδε ἀποθανεῖν* cet. —

Sed ut ad grammaticam enuntiationum constructionem transeamus, ita Herodoti oratio a sermone ceterorum scriptorum, qui prosa oratione libros composuerunt, differt, ut complures primarias quae dicuntur enuntiationes inter se malit connectere, quam ita instituere structuram, ut e primaria secundariae pendeant. Ita primum saepissime eas enuntiationes per particulam δὲ praecedentibus adjungit, quae pronomine relativo annexendae esse videantur; ut I, 1 ἐλθεῖν — ἐπὶ τὴν Θάλασσαν γνωτίκας ἄλλας τε — καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλεός θυγατέρα. τὸ δὲ οἱ οὖνομα εἶναι — Ιοῦν ubi pro vulgaris sermonis consuetudine dicendum erat τῇ (= ἥ) οὖνομα ἦν Ιώ. III, 81 ubi de Polyceratis annulo sermo est: *ἥν οἱ σφραγίς τὴν ἐφόρος χρυσόδετος, σμαράγδον μὲν λιθον ἱοῦσα, ἔργον δὲ ἦν Θεοδάρον πρὸ ἔργον ἱοῦσα sive ἥ — ἥν.* VI, 34 αἰχμαλωτον γνωτίκα, ἱοῦσαν μὲν Παρθίη γένος, οὖνομα δὲ οἱ εἶναι Τιμοῦν. — Pronomem autem relativum quomodo ortum sit e demonstrativo, ut apud Homerum sic etiam apud Herodotum facile cognosci potest. Natura enim simplicissimi illius sermonis ita ferebat, ut ubi nomen substantivum accuratius erat definiendum, nova enuntiatio formaretur, in qua loco repetiti substantivi illud pronomen ponebatur, quod ubique substantivo substituebatur, demonstra-

tivum. Tum progressus ita factus est, ut ex demonstrativo paullulum mutato aliud pronomen fingeretur, relativum, a quo enuntiatio secundaria pendere posset. Et admonet etiam forma relativi, quam habet et apud Homerum et apud Herodotum, ejus originis, quum littera τ alias significet demonstrativum. Non est igitur mirandum, quod locis qualis est VI, 105 οἱ στρατηγοὶ ἀποπέμπουσι
εἰς Σπάρτην κίνουσα Φειδιππίδην — τῷ δὴ ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης καὶ
Ἀθηναῖοι ἀπῆγγειλε, περὶ τὸ Παρθένιον οὗρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης δὲ Πᾶν περιπίπτει nihil refert, utrum alteram enuntiationem pronomine relativo an demonstrativo esse cum priore conjunctam statuamus. Similia plurima possunt afferri. Quod autem de enuntiationibus relativis et demonstrativis dictum est, idem in omnes fere cadere manifestum est, quae in unam periodum sint connexa: in antiquissima oratione vix quidquam intercedere discriminis inter enuntiations primarias et secundarias. Potest id inde intelligi, quod etiam eae particulæ, a quibus hæ pendent, in simplicissimo carminis epici sermone magna ex parte aut nihil aut paullulum tantum ab adverbiis iis differunt, quae in initio apodosis ponuntur (ὡς — ὡς; ὅφρα — τόφρα). — Atque ita factum est, ut etiam latius pateat Herodototi mos enuntiations complures continuandi, quas posterior aetas ita construxisset, ut una ab altera regeretur. Hoc numero primum eae enuntiations causales habendæ sunt, quae quum per particulam γάρ enuntiationi primariae adjunctæ sint, tamen ita in ineunte vel media periodo collocatae sunt, ac si scriptor non particula γάρ sed ἐπει usus esset. Quod alii ita acceperunt ut ellipsis quandam locum habere statuerent. Verum simpliciorem esse ejus rei explicationem nunc inter omnes videtur constare. Optime enim ingenio Herodoti convenit, ut qua de causa quid factum sit prius dicere studeat, quam ipsam rem narret; nam natura causa prior est quam illud, cuius causa est. Itaque quum unamquamque rem eo loco dicere consueverit, quo ipsi in mentem venit, vel neglecto aut interrupto periodi tenore, etiam ea enuntiata, quae per particulam γάρ orationi inseruntur, non post eas sententias solet ponere, quarum causam continent, — id quod posteriori aetati usitatum est — sed eo loco, quo sciri eas a legentibus plurimum videbatur interesse. Non falso igitur ejusmodi enuntiations ita accipiuntur, quasi uncis sint inclusæ. Neque tamen uncis videtur esse utendum. Certe editores in iis adhibendis parum sibi constant. Cui enim, ut pauca commemoremus, V, 67 verba ἡρωῖον γὰρ ἦν καὶ
ἔστι ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορῇ τῶν Σικυωνίων Ἀδρήστον τοῦ Ταλαιοῦ uncis non egere

yidentur, quid est quod idem VII, 60 post *οὐκ ἔχω εἶπαι τὸ ἀτρεκὲς* verba *οὐ γάρ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων* uncis includat? Ceterum hic usus particulae γάρ tam frequens est apud Herodotum, ut exempla afferre supersedere possimus. Hoc tantum moneatur, inveniri locum, ubi id enuntiationis primariae membrum, quod ante eam positum est, quae pendet ex particula γάρ, in eum casum transiit, qui accommodatus est enuntiationi secundariae: IV, 149 δὲ πᾶς οὐ γάρ ἔφη οἱ συμπλόσεσθαι, τοιγαρῶν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν δινέντεν δὲ λύκοισι. — Porro quod familiaris sermonis proprium est, ut particulae ἀλλὰ γάρ conjungantur, id quomodo factum sit ex Herodoto facile potest intelligi. Sicut enim VII, 209 ἀκούων δὲ Ξέρξης οὐκ εἶχε συμβαλεσθαι τὸ ἔδον, οὐ παρασκευάζοντο ὡς ἀπολεύμενοί τε καὶ ἀπολέοντες κατὰ δύναμιν ἀλλὰ αὐτῷ γελοῖα γάρ ἐφαίνοντο ποιεῖν, μετεπέμψατο Ἀημάρογτον addita est enuntiatio ea, quae pro apodosi est: μετεπέμψατο Ἀημάρογτον; ita ubi omissa est ex universo orationis contextu subaudienda est, ut in oratione Atheniensium IX, 46: *Καὶ αὐτοῖσιν ήμιν πάλαι ἀπ' ἀρχῆς,* ἐπεὶ τε εἴδομεν κατ' ὑμεῖς τασσομένους τὸν Πέρσας, ἐν τῷ ἐγένετο εἰπεῖν ταῦτα, τά περ ὑμεῖς φθάντες προφέρετε ἀλλὰ γάρ ἀρρωδέομεν μὴ ήμιν οὐκ ἡδεῖς γένωνται οἱ λόγοι haec est sententia: jam pridem nobis propositum fuit istud dicere, quod vos dicere occupastis; at — non diximus, quivis subaudit — verebamur enim ne vobis non grata futura esset oratio. — Cf. Herm. ad Vig. p. 811 qui laudat Schäferum melet. cr. p. 75 seqq.

Praeterea commemorandum est non solum particulae γάρ sed etiam οὖν, ubi cum negatione conjuncta est, singularem inveniri apud Herodotum usum. Quae enim res alterius causa est, nonnunquam illi, quae ex ipsa sequitur, ita adjungitur, ut rationis quae inter eas intercedit nulla fiat significatio, nisi addita particula οὖν ad priorem enuntiationem, quam nos in altera exspectamus. Ita factum est I, 206 οὐν ὡν ἐθελήσεις ὑποθήκησι τησίδε χρᾶσθαι, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ἢ δι' ἡσυχίης εἶναι, σὺ δὲ εἰ μεγάλως προθυμεῖαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε, μόχθον μὲν, τὸν ἔχεις ζενγνὺς τὸν ποταμὸν, ἀπέστη. Ubi si dicendum est, quo modo sententiae inter se pendeant, particula οὖν interpretanda est: quia Cf. I, 59; IV, 118; V, 92 et quae Lhardy ad I, 12 annotavit.

Quum in his enuntiatis certis quibusdam particulis causalis eorum natura indicetur, etiam alia reperiuntur, in quibus particulae illae desunt. Ita comparatus est locus VIII, 12 ὡς δὲ εὐφορόη ἐγεγόνεε, ἢν μὲν τῆς ὕρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὑδωρ τε ἀπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς καὶ σκληραὶ βροταὶ

ἀπὸ τοῦ Πηλίου. Ad narrationem enim nihil attinet nisi ortam esse tempestatem, et quod scriptor addit mediae aestatis tempus fuisse, in eo causa inest, cur ita usu venerit. Sed tamen quasi haec quoque res narrationis sit pars, per particulas μὲν — δέ cum posteriore enuntiatione conjungitur, ut eodem loco atque haec haberi videatur. Itaque sententia haudquaquam mutata dici potuit: ἦν γὰρ τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο ὄδωρο. — Simillimus est locus V, 77 (*λέγονται τοὺς Λογείους*) ἀλλω μὲν δὴ οὐκ ἔχειν ὅτεῳ ζημιώσωσι τὰς γυναῖκας, τὴν δὲ ἑσθῆτα μετέβαλον αὐτέων ἐς τὴν Ἱάδα. Haec enim sententiarum est ratio: quia aliam poenam non habebant, propterea vestem earum mutaverunt; V, 108 *Ιωνες τε δὴ παρῆσαν ἐς τὴν Κύπρον, καὶ οἱ Πέρσαι τηνὸν διαβάντες ἐξ τῆς Κιλικίης ἤσσαν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα πεζῇ.* Quia Jones Cyprum advenerant, Persae eo pedestrem exercitum transmiserunt. — Plura afferre longum est. Sed possunt similia etiam apud alios scriptores inveniri. Verum Herodotus qua est simplicitate dicendi ad eam dictionem magis est propensus. —

Quod de causalibus enuntiationis modo diximus, idem in concessivum cadit III, 99 ubi de Indorum more aegrotos mactandi et comedendi sermo est. Verba haec sunt: δος ἀν κάμη τῶν ἀστῶν, ἦν τε γυνὴ ἦν τε ἀνήρ, τὸν μὲν ἄνδρα ἄνδρες οἱ μάλιστά οἱ δύμιλεοντες κτείνονται, φάμενοι αὐτὸν τηκόμενον τῇ νούσῳ τὰ κρέα σφίσι διαφθείρεσθαι, δέ δὲ ἀπαρνός ἐστι μὴ μὲν νοσεειν, οἱ δὲ οὐ συγγινωσκόμενοι ἀποκτείνοντες κατενωχέονται. Neque enim ea est sententia, omnes aegrotos aegrotare se negare; sed etiamsi negent, tamen ceteros eos necare.

Sed non modo harum enuntiationum conjunctionem ab Herodoto neglectam esse reperimus, sed etiam consequentiae significationem, sicut III, 12 αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἰσὶ ἀσθενεῖς οὕτω ὥστε εἰ θέλεις ψῆφῳ μούνῃ βαλεειν, διατεργανεῖς, αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων οὕτω δὴ τι ἴσχυραι, μόγις ἀν λιθῷ παῖσας διαράξειας. Ut enim in priore parte ὥστε additum est, sic etiam in altera fieri debebat; sed maluit Herodotus novam enuntiationem formare, quae ex antecedente non penderet; interpretandus autem locus sic: Persarum capita adeo sunt infirma, ut si ferias vel calculo, perforare possis, Aegyptiorum vero ita firma, ut ea vix ictu lapidis perfringere possis. III, 108 δ λαγὸς — οὕτω δὴ οὐ πολύγονόν ἐστι ἐπικνήσκεται μοῦνον πάντων θηρίων, lepus ita ferax est, ut sola omnium animalium, quum gravida est, denuo se impleri patiatur. Aliis locis pro particula ὥστε tantummodo pronomen relativum positum est, ut

III, 120 γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ, ὃς βασιλεὺς νῆσον Σάμον πρὸς τῷ σῷ νομῷ προσκειμένην οὐ προσεπήσασ, ὡδε δή τι εὑσαν εὐπετεα χειρωθῆναι, τὴν τῶν τις ἐπιχωρίων πεντεκατάδεκα διλίτησι ἐπαναστὰς ἔσχε καὶ νῦν αὐτῆς τυραννεύει; tune in numero virorum es, qui insulam Samum tuae provinciae adjacentem regi non acquisiveris, tam facilem captu, ut quidam e popularibus quindecim armatis eam occupaverit et nunc ejus tyrannus sit? VI, 28 δυοχετεμερος δὲ αὗτη ἡ καταλεγθεῖσα πᾶσα χώρη οὕτω δή τι ἔστι, ἐνθα τοὺς μὲν δικτιῶν τῶν μηνῶν ἀφόρητος οἷος γίνεται κρυμός, omnis autem quae dicta est regio adeo infestatur hiberno frigore, ut octo menses intolerabile ibi sit gelu; IV, 52 ἐκδιδοὶ γὰρ ἐς αὐτὸν (τὸν Ὑπανιν) κρίην πικρὴν, οὕτω δή τι ἔοντα πικρὴν, ἡ μεγάθει σμικρὴ ἐοῦσα κιονᾶ τὸν Ὑπανιν ἔοντα ποταμὸν ἐν διληγοῖσι μέγαν influit enim fons, qui ita est amarus ut quamvis sit exiguis magnitudine inficiat Hypanim fluvium, qui sit magnus in paucis. Non multum abhorret V, 30: οἱ Νάξιοι — ἐδέοντο τοῦ Αρισταγόρεω, εἰ πως αὐτοῖσι παράσχοι δύναμιν τινα καὶ κατελθοιεν ἐς τὴν ἔωντῶν, petere enim id tantum poterant, ut sibi subsidia mitteret; quod addit καὶ κατελθοιεν ἐς τὴν ἔωντῶν, id ex illo sequitur: Naxii petiverunt ab Aristagora, ut sibi copias praestaret ad redendum in patriam. — Cf. V, 52 δὲ Ἀλιν ποταμὸς, ἐπ' ᾧ πόλαι τε ἐπεισοι, τὰς διεξελάσαι πᾶσα ἀνάγκη καὶ οὕτω διεκπεράν τὸν ποταμόν Halys fluvius, cui imminent portae, per quas ire opus est, ut fluvium possis transmittere. — Commemoranda etiam videtur locutio, in qua simile quid locum habet I, 123 ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχε — δὲ ἐπιτεχνᾶται τούνδε — nullo alio modo rem potuit efficere, quam ita ut tale quid comminisceretur. —

Postremo non desunt exempla, quibus evinci potest, conditionales quoque enuntiationes eadem ratione formatas esse. Nam etsi Lhardy IV, 118 verba: οὐκ ὁν ποιήσετε ταῦτα, ἡμεῖς μὲν πιεζόμενοι ἡ ἐκλεψομεν τὴν χώρην ἡ μένοντες διολογίῃ χοησόμεθα, ita accipit, ut post ταῦτα interrogandi signum inserat, tamen et ipse locum interpretatur: οὐεων μὴ ποιέοντων ταῦτα, neque quisquam dubitare potest, quin id sibi velint haec verba: nisi haec facitis, nos in extremum discrimin adducti aut regionem deseremus aut manentes foedus inibimus. Et simillima exstat constructio V, 92, 7 extr: οὐκ ὁν παύσεσθε, ἀλλὰ πειρήσεσθε παρὰ τὸ δίκαιον κατάγοντες Ἰππάν, ισθε δμῖν Κορινθίους γε οὐ συνανέοντας, si non destiteritis (tyrannides in civitatibus constituere) sed conabimini praeter aequum reducere Hippiam, scitote Corinthios vobis non assensuros.

Sed unum est genus loquendi, quod ab hac Herodoti consuetudine, simpliciter copulandi eas enuntiationes, quarum unam ab altera pendere opus esse existimaveris, quodammodo abhorrere videatur. Quando enim complures res identidem factae referuntur, aliquoties una earum ex particulis ὅκως vel ἐπεάν pendet, quae si prorsus deessent facilior nexus existeret. Ut VIII, 52 οἱ Πέρσαι — τὸν Ἀργίον πάγον ἐποιόρχεον τρόπον τούτῳ. ὅκως στυπεῖον περὶ τοὺς δίστοὺς περιθέντες ἄψειαν, ἐτόξενον ἐς τὸ φράγμα. Nam simplicius dictum esse videretur περιθέντας ἥπτον καὶ ἐτόξενον sagittas stupa circumdatas incendebant et emittebant in sepem. Cf. I, 196 ὡς ἀνὶς παρθένοι γνοίατο γάμων ὁραιαῖς, ταύτας ὅπως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἐν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας cet. ubi virgines nubiles factae erant, eas omnes congregabant atque in unum locum ducebant. II, 70 ἄγραι δέ σφεων πολλαὶ κατεστέασι καὶ παντοῖαι ἢ δῶν ἔμοιγε δοκεῖται ἀξιωτάτη ἀπηγήσιος εἶναι, ταύτην γράφω ἐπεὰν δὸς δελεάσῃ περὶ ἄγκιστρον, μετίει ἐς μέσον τὸν ποταμὸν cet. Cf. II, 92; IV, 72; 73; 75.

Atque in eo ipso quod Herodotus in universum non multum curat, quamnam ratione una enuntiatio ab altera pendeat, principalis causa inesse videtur frequentissimarum apud eum anacoluthiarum. Quo nomine eae enuntiationum formationes appellantur, in quibus non id sequitur, quod instituta orationis constructio poscebat. Major earum pars eadem illa jucunda Herodoti luxuria loquendi efficitur, quae arctissime cohaeret cum grata quadam sermonis negligenteria. Ut enim repetitione illa et abundantia vocabulorum, de qua supra diximus, id egit historiae parens, ut quaecunque narraret, omni genere fierent perspicua et luculenta, sic etiam in conformandis periodis nihil antiquius habuit, quam ut omnia et audientibus et legentibus quam facillima essent intellectu. Quod ut consequeretur, non tam periodi omnibus partibus perfectae et absolutae componendae ei videbantur, sed modo perspicuitas sermonis ita augeri videretur, institutam singularum sententiae partium juncturam malebat negligere. Quod igitur Herodoti oratio propensa est ad anacoluthias, cum ingenio ejus omnino consentaneum est. Nam libenter et jucunde narrantis non est, diligentem grammaticae rationem habere; nonquam is institutam orationis formam mutare dubitat, quum in longiore praesertim enuntiatione facillime accidat, ut ipse quid initio dixerit obliviscatur. Et mihi quidem haec ipsa anacoluthiarum in Herodoto copia argumento est, libros ejus aut, ut praeter ceteros Lucianus auctor est, in Graecorum conventu recitatos esse, aut potuisse certe optime recitari.

Qui enim auribus narrationem percipit, eum confusiones istae constructionum multo facilius fugient minusque offendent, quam eum, qui legens uno quasi obtutu totam sententiam videre omnesque licentias quas admiserit scriptor exquirere potest. Itaque minime assentior Nitzschio, qui (Anmerkungen zur Odyssee I, p. 85) ex ipsa natura orationis Herodoteae efficere conatur, recitationes illas haberi non potuisse. Probari id posset, si singulari quodam artificio illas anacoluthias formatas esse statueremus, ut sermo evaderet impeditus et difficilis intellectu; contra quum oratio ita facilior et expeditior fieri videatur, nihil est, quod Graecos historiam Herodoti non potuisse intelligere existimemus. —

Ac primum quidem anacoluthiae frequentes inveniuntur, ubi verba alicujus referuntur. Nam haud raro Herodo accidit, ut ex accusativo cum infinitivo, quem postulabat oratio obliqua, in indicativum orationis directae transeat. Ita V, 45 dicit: (*Συβαρῖται*) *νηὸν εόντα παρὰ τὸν ξηρὸν Κρῆτιν (μαρτύριον λέγουσι)* *τὸν ἰδούσασθαι συνελόντα τὴν πόλιν Δωριεά λέγουσι Ἀθηναῖη ἐπωνύμῳ Κραθῆ,* *τοῦτο δὲ αὐτοῦ Δωριέος τὸν Θάνατον μαρτύριον μέγιστον ποιεῦνται* — εἰ γὰρ δὴ μὴ παρέποιξε μηδὲν, ἐπ' ὃ δὲ ἐστάλη ἐποιεῖ, εἴλε ἀν τὴν Ἑρυκίην χώρην καὶ ἔλων κατεσχε οὐδ' ἀν αὐτός τε καὶ ἡ στρατὴ διεφθάσῃ. Nam hic Herodotus non suam ipsius sed Sybaritarum de Dorieī morte sententiam exponit atque ut paullo post, ubi de diversa Crotoniarum opinione agitur, in simillima enuntiationis structura dictum est εἰ συνεπελάβετο γε τοῦ *Συβαρῖτικοῦ πολέμου Δωριεὺς, δοθῆναι ἀν οἱ πολλαπλήσια ἡ Καλλῆ,* sic etiam priore loco severa orationis norma efflagitabat: *ἔλειν ἀν καὶ κατασχεῖν.* Pariter se res habet IV, 45 οὗτε δικόθεν (ἡ Εὐρώπη) τὸ οὔνομα ἔλαβε τοῦτο, οὗτε δοτις οἱ ἦν δ θέμενος φαίνεται, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Τυρίης φήσομεν Εὐρώπης λαβεῖν τὸ οὔνομα τὴν χώρην πρότερον δὲ ἦν ἄρα ἀνώνυμος, ἀπειρούσις ἐπειρούσις. Nam verba πρότερον δὲ ἦν ἄρα ἀνώνυμος non minus quam quae praecedunt e verbo φήσομεν pendent: nisi a Tyria illa Europa nomen eam traxisse itaque antea sine nomine fuisse dicemus. — Ceterum similia etiam apud alios scriptores non raro leguntur.

Deinde non pauci sunt loci, quibus initio scriptor participio usus postea non servat constructionem, sed in indicativum transit; ut I, 131: *Πέρσας δὲ οἵδια νόμοισι τοισθε χρεομένους, ἀγάλματα μὲν *) καὶ μηὸν καὶ βωμοὺς οὐκ*

*) pro ἐν νόμῳ ποιευμένους Herold legi mavult: πενομένους ποιεῖν.

ἐν τόμῳ ποιευμένοις ιδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρῷν ἐπιφέροντι, nam pro ἐπιφέροντι exspectamus ἐπιφέροντας; III, 152 ὡς ἐδύνατο ἔλειν σφεας, ἄλλοισι τε σοφίσμασι πειρησάμενος καὶ δῆ καὶ τῷ Κῦρος εἶλε σφεας καὶ τούτῳ ἐπειρήθη pro πειρησάμενος, quod quum jam semel dictum esset omitti poterat. Simillimus est locus IX, 111 ὡς δεσποτα, τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχοηστον, κελεύων με γυναικα, ἐξ τῆς μοι παῖδες νεηνται τέ εἰσι τρεῖς καὶ θυγατρεσ — ταύτην με κελεύεις μετέντα θυγατέρα τὴν σεωυτοῦ γῆμαι, servata enim constructione si verbum repetendum videbatur dici debebat κελεύων. IX, 15 ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων κατέρ πηδιζόντων ἔκειρε τοὺς χώρους, οὐτὶ κατὰ ἔχθος αὐτῶν ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαῖης μεγάλης ἔχόμενος, βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατοπέδῳ ποιῆσθαι, καὶ ἦν συμβαλόντι οἱ μὴ ἐκβαίνῃ δοκοῖν τι ἐθέλοι, κοησφύγετον τοῦτο ἐποιεῖτο, ubi pro ἐποιεῖτο aut ποιέσμενος aut ποιεσθαι erat dicendum. — Ceterum ejusmodi neglegentiae exempla etiam apud alios non raro inveniuntur. — Quod vero I, 27 ἡγοιάτας δὲ τι δοκεῖς εὑρεσθαι ἄλλο ἢ ἐπει τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγεεσθαι νεας, λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν Θαλάσσῃ, ἀρώμενοι dictum est pro ἀρωμένοις, quod structura postulabat, attractione quadam videtur ortum esse, quia praecessit: ἐπειτε τάχιστα ἐπύθοντο. Saepissime autem Herodotum neglegentia quadam uti in enuntiatis relativis quis est qui miretur, quum nemo veterum scriptorum in pronomine relativo aliquam licentiam non admisisse videatur. Quare de locis, qualis est V, 83: τὴν μεσόγαιαν, τῇ Οἴη μέν ἔστι οὔνομα, στάδια δὲ μάλιστα κῃ απὸ τῆς πόλιος ὡς ἔπικοι ἀπέχει, vel VII, 125 τῆσι παμήλοισι, — τὸ μῆτε πρότερον διπάλεσσαν Θηρόν μῆτ' ἐπεπειρεστο αὐτοῦ, vel VIII, 62: Σίδαις ἥπερ ἡμετέρη τέ ἔστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι καὶ τὰ λόγια λέγει ὑπ' ἡμεων αὐτὴν δεειν πισθῆναι (pro καὶ τὴν τὰ λόγια λέγει cet.) cf. IX, 111; II, 39; 40; V, 52; VI, 123; I, 189; III, 31; 34 cet. Illud tantum moneamus, pro relativo, quod alio casu ponи debebat aut pronomen demonstrativum aut personale aut repetitum substantivum esse positum. Diversa constructionis ratio est I, 174. Ibi enim non duae sed una exstat enuntiatio, quae pendet e relativo; sed quod scriptori permulta alia ante verbum videbantur commemoranda, sententiam e relativo pendere plane oblitus postea ipsum substantivum, ex quo illud pendebat, adjicit. — Paullo liberior etiam III, 142 est relativi usus: ἴρωσύνη δὲ πρὸς τούτοισι αἰρεῦμαι αὐτῷ τέ μοι καὶ τοῖσι ἀπ' ἔμεν ἀεὶ γινομένοισι τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου, τῷ αὐτός τε ἵρὸν ἴρωσάμην καὶ τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν περιττεῖημι,

recte enim Stegerus hunc esse nexum dicit duarum enuntiationum: *καὶ τὸν*
 (= ὁν) *τιμᾶν βουλόμενος τὴν ἐλευθερίαν διῆν περιτίθησι.* — Quid quod Herodotus non modo ex constructione relativa in demonstrativam transit, sed etiam appositioni enuntiationem primariam adnectit II, 134: *Ροδῶπις, γενεὴν μὲν ἀπὸ Θρηῖκης, δοίλη δὲ ἦν Ιάδμονος, σύνδουλος δὲ Αἰσώπου.* Ceterum etiam alias totas enuntiationes cum singulis substantivorum casibus connecti nec rarum neque Herodoti unius proprium esse ex iis intelligi potest, quae Krueger Gr. gr. I, §. 59, 2 docuit.

Sed cum neglegentia illa, quam in relativorum usu tam frequentem offendimus, prorsus congruit, quod Herodotus, ubi duas sententias per particulas ἄμα μὲν — ἄμα δέ inter se copulat, primum participio, tum verbo finito solet uti, cuius loco severior orationis norma alterum participium postulabat. Exemplo sit VI, 13 οἱ Σάμιοι ὡν δρεοντες ἄμα μὲν ἐοῖσαν ἀταξίην πολλὴν ἐκ τῶν Ιώνων — ἄμα δὲ κατεγάινετο σφι εἶναι ἀδύνατα τὰ βασιλεος πρήγματα ὑπερβαλεοθει, quo quidem loco accedit, quod scriptor participio pergit εὐ τε ἐπιστάμενοι quod ad nominativum οἱ Σάμιοι refertur. Ita VIII, 136 anacoluthia orta est, quum priorem enuntiationem, quae ex particula ὅτι pendet, participium in posteriore subsequatur, quod quum longe absit a subjecto Μαρδόνιος in initio enuntiationis collocato, iteratum subjectum appositum est, ut nominativus quasi quidam absolutus existat. Simillime se habet initium capituli 94 libri VI: δ δὲ Πέρσης τὰ ἔωντον ἐποιεῖ ὥστε ἀναμιμήσοντός τε αἰεὶ τοῦ θεράποντος μεμνῆσθαι μη τῶν Ἀθηναίων — ἄμα δὲ βουλόμενος δ Λαρεῖος ταῦτης ἔχόμενος τῆς προφάσιος καταστρέψθαι τῆς Ἑλλάδος τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν τε καὶ ὑδωρ. — Sed de ejusmodi nominativis infra accuratius erit disputandum. Ad constructionem particularum ἄμα μέν — ἄμα δέ illustrandam conferamus IX, 3 δ δὲ οὐκ ἐπειθετο, ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ὕμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἐλεῖν, ἄμα μὲν δη̄ ἀγνωμοσύνης, ἄμα δὲ πυρσοῖσι διὰ τήσων ἐδόκεε βασιλέαν δηλώσειν ἔοντι ἐν Σαρδεσι ὅτι ἔχοι Ἀθήνας. Hic post ἄμα μέν pro participio positum est δη̄ ἀγνωμοσύνης, quum sequatur post ἄμα δὲ verbum finitum ἐδόκεε. Idem invenitur in particularum εἴτε — εἴτε usu, sicut IX, 5 δ μὲν δὴ ταῦτη τὴν γνώμην ἀπειραίτε, εἴτε δὴ δεδεγμένος χρήματα παρὰ Μαρδονίου, εἴτε καὶ ταῦτα οἱ ἦν δανε. I, 19 (Ἀλυάττης) πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπόρους, εἴτε δὴ συμβουλεύσαντός τεν, εἴτε καὶ αὐτῷ ἐδοξε πέμψαντα τὸν θεὸν ἐπειρεσθαι περὶ τῆς νούσου. Nec desunt tamen exempla quibus his

particulis scriptor ita usus est, ut inchoata structura servetur; mutus IX, 6: ἔπειμψαν ἀγγέλους, ἀμα μὲν μεμψομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι — ἀμα δὲ ὑπομνήσοντας cet. —

Sed etiam aliis locis Herodotus verbum finitum cum participio conjungere maluit quam alterum participium ponere. Qua quidem re confirmatur, id quod supra diximus, eum non multum curare ut inchoata structura ad finem perduetur. Et quum posterior aetas in oratione obliqua eam legem consuerit sequi, ut quae enuntiationes in directa oratione ex aliis pependerant, eae aut in eodem quo in illa modo aut in optativo ponerentur, praeterquam quod enuntiationes relativae, nonnunquam etiam causales, saepissime in accusativum cum infinitivo transeunt, apud Herodotum hujus constructionis usus etiam latius patet. Apud hunc enim non solum, ut apud illos, enuntiata relativa accusativum cum infinitivo admittunt, sed idem post ὡς ut I, 24; 94; II, 140; 162; ἐπεί II, 32; ἐπειδή III, 26; ἐπείτε I, 94; II, 42; εἰς δὲ καὶ V, 85; 86; etiam post εἰ I, 129; II, 64; 172; III, 105; locum habet. Quid quod III, 108 quum in ea enuntiatione ex qua altera pendet, indicativus positus sit, tamen εἰ accusativum cum infinitivo regit: λέγοντοι δὲ καὶ τόδε Ἀρέβιοι, ὡς πᾶσα ἀν γῆ ἐπέμπλατο τῶν ὅφιων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἶνον τι κατὰ τὰς ἔχθρας ἥπιστά μη γίνεσθαι. —

Quum ita terminos, quibus oratio directa ab indirecta dirimatur, apud Herodotum minus certos atque stabiles esse appareat, quam apud ceteros scriptores, facile poterat huic accidere, ut subitus nonnunquam ex una in alteram fieret transitus, quem quum ipse scriptor ne verbo quidem significaverit verbum λέγοντοι opus est supplere. Exemplum invenitur I, 86, ubi postquam modo narravit: δε δέ (Κῦρος) — ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν (τὴν πυρὸν) τὸν Κροῖσον, in insequente enuntiatione pergit: τὸν μὲν δὴ ποιέειν ταῦτα cet. — Contrario modo V, 31 quae Aristagoras Artapherni dixerit primum oratione obliqua exponitur; tum pergit scriptor nullo dicendi verbo apposito: σὺ ἀν ἐπὶ ταύτην τὴν χώρην στρατηγάτες. — Sed etiam ubi non deest ejusmodi verbum, eam licentiam Herodotus admisit, ut quum illud a particula ὡς pendeat, tamen accusativus cum infinitivo sequatur. Talem locum reperimus I, 65: ὡς δαῦτοι Λακεδαιμόνιοι λέγοντοι, Λυκοῦρον — ἐκ Κορίτης ἀγαγέσθαι ταῦτα, cf. I, 191 δπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται δπὸ τῶν ταύτη οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἐπελακότων τοὺς τὸ μέσον οἰκεότας τῶν Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἐπελακότας,

ἀλλὰ — χρεούσιν τε τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἐν εὐπαθεῖσι εἶναι. Cf. II, 8; 107; III, 14; IV, 5; 76; 95; VI, 137. Ceterum ne id quidem apud unum Herodotum offendimus; reperitur enim etiam apud eum scriptorem, qui ea in re haud immerito cum nostro videtur comparari posse, quod non minus libere quotidiani sermonis licentiam in conformandis periodis imitatus est, apud Platonem.

Praeterea etiam alia licentia illustranda videtur, quam Herodotus in oratione obliqua saepius admisit. Nam — ut exemplo rem demonstrare conemur — narratis II, 118 variis de raptā Helena fabulis exponit, quannam ea de re Aegyptiorum sacerdotes habuerint sententiam et ita exponit, ut oratione obliqua utatur: ἔφασαν (sc. οἱ Ἱωνες) — τὸν Τευχοὺς τὸν αὐτὸν λόγον λέγειν τότε καὶ μετέπειτα — μὴ μὲν ἔχειν Ἐλένην — ἀλλ᾽ εἶναι αὐτὰ πάντα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ οὐκ ἐν δικαίως αὐτοὶ δίκαια ὑπέχειν. Erat igitur immemor scriptor se supra scripsisse Τευχοὺς λέγειν. Eodem modo II, 141 dictum est: αὐτὸς γάρ οἱ πεμψειν τιμωρούς pro αὐτόν, quum referendum sit ad τὸν θεόν, et II, 162 παρέσεσθαι γάρ καὶ αὐτὸς pro αὐτόν, quum praecesserit τὸν δὲ αὐτῷ ὑποκριτασθαι. Habet autem hic nominativus inde originem, quod αὐτὸς in oratione obliqua plerumque ad subjectum enuntiationis primariae refertur atque ita scriptor consuerit hujus pronominis nominativum etiam ibi ponere, ubi accusativo opus erat. Ceterum disputavit ea de re Struve opusc. II, p. 121. — Potest etiam illud hoc loco annotari, liberius Herodotum tali nominativo usum esse I, 56 τούτουσι ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεσι δὲ Κροῖσος πολλόν τι μάλιστα πάντων ἡσθη, ἐλπίζων ἥμετον οὐδαμὰ ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων, οὐδὲ ὅν αὐτὸς οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαι κοτε τῆς ἀρχῆς. — Prior enim nominativus legi grammaticae optime respondet; alterum quem addit οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ ille videtur attraxisse.

Omnia quae modo attulimus satis probare videntur, id quod supra jam diximus, haudquaquam certum et exactum discrimen apud Herodotum intercedere inter orationem directam et obliquam. Atque hoc quoque argumento est, non raro accidisse scriptori, ut nulla inchoatae juncturae et structurae ratione habita ad diversum genus dicendi transiret. Et id ipsum ex propria Herodoti natura et indole sequi quis est quin perspiciat? Nam copia rerum narrandarum tanta ei videbatur, ut certis structurae legibus eam nondum astringere posset. Quare si quid narranti in mentem veniret, quod mentione esse dignum judicaret, omnem sententiae tenorem interrumpere novamque dictionis formam instituere

nunquam dubitavit. Hoc absoluto, ad illud unde degressus erat redire plerumque aut supersedebat aut ita revertebatur, ut ea, quae supra dixerat, repereret. Ita factum est, ut apud Herodotum saepius quam apud ceteros scriptores enuntiata legantur quae si contextum orationis spectemus, quasi in parenthesi videntur posita. Exemplorum quorum ingens est numerus, unum afferamus, quo quid sentiamus illustretur. VIII, 100 Herodotus in animo habuit narrare Mardonium Xerxem esse allocutum. Primo itaque loco posuit subjectum: *Μαρδόνιος*; sed antequam verbum sequeretur opus esse videbatur, interjectis participiis δρέων μὲν — διοπτεύων δέ — φροντίσας exponere, quidnam illum ad habendam orationem impulisset; quorum participiorum tertium ut accuratius definiretur adjecit πλέων μέντοι ἔφερε οἱ ἡ γυνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα. Haec autem enuntiatio nullo modo ex iis pendet, quae antecesserunt. Quare antequam verbum primariae enuntiationis poneretur, illa breviter erat complecenda; itaque pergit: *λογισάμενος* ὥν ταῦτα.

Sed accidit etiam scriptori, quum longiorem sententiam orationi intexit, ut eam enuntiationem, quae direpta est, imperfectam relinquat. Ita II, 180 sententia orditur a participiis *Ἀμφικτυόνων* — *μισθωσάντων* τὸν ἐν Δελφοῖσιν ἐόντα νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἔξεργάσασθαι. Hic scriptori ut quae narratus est plane perspicua fiant, annotandum esse videtur, et quid de priore templo sit factum et quanta ejus pecuniae pars Delphis sit imperata et quonam modo eam sibi paraverint; interrupta igitur enuntiationis serie pergit: δὲ γὰρ πρότερον ἐών αὐτόθι αὐτόματος κατεκάη, τὸν Δελφοὺς δὲ ἐπιβαλλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος παρασκείν. Jam prorsus oblitus genitivi illius absoluti apodosin adjungere omisit. Quae qualis futura fuerit si quaeritur, equidem pro universo narrationis contextu haud concesserim, Herodotum in animo habuisse dicere in apodosi: ἦν ἐπιβεβλημένον τοῖς Δελφοῖς τεταρτημόριον. Immo quum illo loco Amasidis erga Graecos beneficia Herodotus exponat Amphyctyonumque et templi Delphici mentionem nulla alia de causa inserat, nisi ut Amasidem ad eam rem mille talenta aluminis dono dedisse commemoret, sententia quae inest in verbis οὐκ ἐλάχιστον ἐξ Αἰγύπτου ἤνεικαντο scriptoris menti videtur obversata esse quae apodosin efficeret. — Simillima anacoluthia legitur IX, 84, ubi orditur periodus: ἐπει τε δὲ Μαρδονίου δευτέρη ἡμέρῃ δ νεκρὸς ἡφάνιστο, jam sequitur quaestio, quis fuerit ille, qui Mardonii corpus sepeliverit, quae postremo ita clauditur: ὅστις μέν τοι ἦν — δὲ διπελόμενός τε

καὶ θάψας τὸν νεκρὸν τοῦ Μαρδογίου, οὐ δύναμαι ἀτρεκέως πυθεσθαι, apodus autem deest. Et VI, 137 protasis Πελασγοὶ ἐπει τε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἔξεβλήθησαν tam copiosa ea de re quaestio sequitur, rectene an injuria Pelasgi ex Attica sint expulsi, ut Herodotus postea apodosin sibi esse addendam oblitus sit. Eadem est ratio anacoluthiae ejus, quam offendimus III, 121: καὶ κως εἴτ' ἐκ προνοῆς αὐτὸν (τὸν Πολυκράτεα) κατηλογέοντα τὰ Ὁρούτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχή τις τοιαύτη ἐπεγένετο· τόν τε γὰρ κήρυκα τὸν Ὁρούτεω παρελθόντα διαλέγεσθαι, τὸν Πολυκράτεα — οὕτε τι μεταστραφῆναι οὔτε ὑποκρίνασθαι. Quae enim verba postremo loco posita sunt: τὸν Πολυκράτεα οὔτε μεταστραφῆναι οὔτε ὑποκρίνασθαι, ea scriptor cum εἴτ' ἐκ προνοῆς αὐτὸν — ἐπεγένετο debebat conjungere; originem anacoluthia inde videtur traxisse, quod oratio jam particulis εἴτε — εἴτε ut solet in indicativum transiit.

Alia in enuntiatione conditionali legitur anacoluthia V, 109, ubi apodus non deest quidem sed sententia ejus protasi parum videtur accommodata esse. Verba haec sunt: εἰ μὲν γὰρ πεζῇ βούλεοθε ταχθέντες Περσέων διαπειρᾶσθαι, ὅῃ ἀν εἴη διμῶν ἐκβάντως ἐκ τῶν νεῶν τάσσοσθαι πεζῇ, ἡμέας δὲ ἐς τὰς νέας ἐμβαίνειν τὰς ὑμετέρας Φοίνιξι ἀνταγωνιευμένους εἰ δὲ Φοινίκων μᾶλλον βούλεσθε διαπειρᾶσθαι, ποιέειν χρέων ἐστι διμέας, δικότερα ἀν δὴ τούτων Ἐλησθε, ὅκως τὸ κατ διμέας ἐσται ἢ τε Ἰωνίη καὶ ἡ Κύπρος ἐλευθερη. Ut enim eo loco omnia in libris recte se habeant, post verba εἰ δὲ Φοινίκων μᾶλλον βούλεσθε διαπειρᾶσθαι expectamus, ut sequatur apodus hac fere sententia: tum vos naves oportet concendere. Deinde scriptor pergere poterat: utrumcunque vero deligitis, id vobis agendum est, ut Jonia libera fiat. Illa vero apodus deest; itaque etiam hic id dicere Herodotus neglexit, quod dicturus esse videbatur.

Reliquarum quae apud Herodotum inveniuntur anacoluthiarum eadem est causa, qua eas de quibus modo diximus effectas esse appareat. Ubi enim longior evasit periodus, haud raro scriptori usu venit, ut quem initium memoria ejus elapsum esset, posterior pars priori parum conveniret. Ita nonnunquam subjectum invenimus, quod aliud praedicatum postularet, atque apud Herodotum legimus, ut illud nominativi cuiusdam absoluti speciem praebeat. Exemplo sit I, 114, ubi de puerilibus Cyri ludis sermo est. Postquam retulit Herodotus, quaenam ille singulis suis commilitonibus munera per ludum detulisset, sic pergit: εἰς δὴ τούτων τῶν παιδῶν συμπαῖζων, ἐὼν Ἀρτεμιβάρεω παῖς ἀνδρὸς

δοκέμουν ἐν Μήδοισι, οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν, ἐκέλευε αὐτὸν τοὺς
ἄλλους παιδας διαλαβεῖν. Non manet igitur idem subjectum, primo enim
erat unus ille puerorum, postremo Cyrus est subjectum. Cf. VIII, 87 καὶ ἡ
(ἡ Ἀρτεμισίη) οὐκ ἔχοντα διαφυγῆν, ἐμπροσθε γὰρ αὐτῆς ἦσαν ἄλλαι νῆες φίλιαι,
ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα, ἐδοξε οἱ τόδε ποιῆσαι
cet. — habuerat scilicet Herodotus in animo dicere τόδε ἐποίησε vel simile
quid. — Cujus quidem generis loquendi etiam apud alios scriptores (Thucydidi-
dem, Platonem) exempla legi docuit Krueger Gr. gr. I, p. 45, 2, 2. — Atque
in universum ita de Herodoto videtur judicandum esse, anacoluthias quae apud
eum reperiantur non esse eas, quae a ceterorum Graecorum sermone abhorre-
ant, sed proprium hujus dicendi genus in eo esse positum, ut in ejusmodi
licentia multo plus, quam ceteri fecerunt, sibi indulserit. — Sed ut ad nominati-
vivos illos absolutos redeamus, jam locos aliquot afferamus, quibus nominativus
ei verbo, quod alium casum postulabat, postpositus est. Ita VIII, 74 post
πολλὰ ἐλέγετο περὶ αὐτῶν περιτ: οἱ μὲν, ὡς — quasi dixerit πολλὰ ἐλέγον.
Praeterea tres sunt loci, quibus participii nominativus positus est, quamquam
ad alium casum refertur. Unus est I, 27 τησιάτας τι δοκέεις εὑχεσθαι ἄλλο ἡ
ἐπείτε τάχιστα ἐπύθοντό σε μελλοντα ἐπὶ σφίσι ταυτηγέεσθαι νέας, λαβεῖν
ἀρώ μενοι Λυδοὺς ἐν Θαλάσσῃ. Pro ἀρώμενοι rectum erat ἀρωμένους. Cujus
quidem anacoluthiae causa inde videtur esse repetenda, quod in interjecta
enuntiatione ἐπείτε τάχιστα ἐπύθοντο iidem insulani, ad quos refertur partici-
pium, in nominativo subjecti positi sunt. Alterum sese praebet exemplum
I, 33 (δ Κροῖσος) ἀποπεμπεται τὸν Σόλωνα) κάρτα δόξας ἀμαθής εἶναι πρ
δόξας ἀμαθέα εἶναι; tertium I, 51 περιρραντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεον τε καὶ
ἀργύρεον, τῶν τῷ χρυσεῷ ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων εἶναι ἀνέθημα, οὐκ
δρθῶς λεγοντες. Et hic quidem nominativus eo magis est notabilis, quod
alterius participii genitivum subsequitur. Causa autem anacoluthiae ea esse
videtur, quod Herodoto, quando suum de opinione aliqua judicium adji-
cere vult, nominativus participii ita familiaris est, ut etiam ubi aliis casus
opus erat, illo utatur. Cf. V, 40 δ Αναξανδρόδης — γνναῖκας ἔχων δύο διξάς
ἴστιας οἰκει, ποιεων οὐδαμῶς Σπαρτιητικά. V, 86 (Αἰγινῆται λέγονται)
Ἀθηναῖος — ἀποβάντας ἀπὸ τῶν νεῶν τραπεσθαι πρὸς τὰ ἀγάλματα, οὐ
διναμένους δὲ ἀνασπάσαι ἐκ τῶν βάθρων αὐτὰ οὕτω δὴ περιβαλομένους σχοινία
ἔλκειν, ἐς δὲ ἐλκόμενα τὰ ἀγάλματα ἀμφότερα τωντὸ ποιῆσαι, θμοὶ μὲν οὐ

πιστὰ λέγοντες, ἄλλω δέ τεῳ ἐσ γούνατα γάρ σφι αὐτὰ πεσεῖν. VII, 129
οἰκότα λέγοντες; VIII, 3 δρθὰ νοεῦντες. VIII, 120 λέγοντες ἔμοιγε οὐδαμῶς
πιστά cet. — Diversus est nominativus participii IV, 44 οὗτο καὶ τῆς Ἀσίης
πλὴν τὰ πρὸς ἥμιον ἀνίσχοντα, τὰ ἄλλα ἀνεύρηται δμοῖα παρεχομένη τῇ Λιβύῃ,
ibi enim Herodotus sententiam claudit ac si praecesserit ἡ Ἀσίη. — Similium
anacoluthiarum apud alios scriptores exempla contulerunt Krueger hist. phil.
Studien II, p. 103; Heindorf ad Plat. Phaedr. p. 241 d. — Postremo com-
memorandum est, aliud esse apud Herodotum genus nominativorum absolutorum,
quod multo facilius sit ad intelligendum. Saepissime enim substantivo ipsius
partes appositionis loco adduntur; ut VIII, 86 οἱ Ἑλλῆνες — ἐγένοντο — μακρῷ
ἀμεινονες αὐτοὶ ἑωντῶν ἡ πρὸς Εὐβοΐη, πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων
Ξέρξεα cet. — I, 7 οἱ Ἡρακλεῖδαι ἔσχον τήν ἀρχήν — πᾶς παρὰ πατρὸς ἐνδε-
χόμενος τήν ἀρχήν. Cf. VI, 111.

Eodem modo quo multis locis nominativi participiorum contra structurae
leges reperiebantur, leguntur etiam accusativi. Quorum unus propius accedit
*ad communem grammaticae legem, qua accusativus absolutus in neutrīs parti-
piorum quorundam, ut δέον, ἐξόν cet. admittitur. Scripsit enim Herodotus
II, 66 ταῦτα δὲ γινόμενα absolute pro τούτων γινομένων. Alius locus II, 152
anacoluthiam ex attractione quasi quadam videtur admissa, quum in verbis
ἐκβάντας δὲ ἐσ γῆν καὶ δπλισθέντας χαλκῷ ἀγγέλλει τῶν τις Αἴγυπτίων, ὡς —
accusativi ἐκβάντας καὶ δπλισθέντας pro ἐκβάντων καὶ δπλισθέντων respondeant
participio ἐκπλώσαντας praecedentis enuntiationis, quod ad idem substantivum
*refertur. Aliter se res habet IX, 2 κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν Ἑλλῆνας δμοφρο-
νεόντας, οἵπερ καὶ πάρος ταῦτα ἐγίνωσκον, χαλεπὸν εἶναι περιγίνεσθαι καὶ ἀπασι
ἀνθρώποισι: Ibi enim accusativus Ἑλλῆνας δμοφρονέόντας inde videtur ortus
esse, quod Herodo initio propositum fuerat aut passivam constructionem aut
aliud verbum, ut νικᾶν, ponere. Simillime III, 147 Ὁτάνης δὲ δ στρατηγὸς ἵδων
πάθος μέγα Πέρσας πεπονθότας ἐντολάς τε, τὰς Δαρεῖος ἀποστέλλων ἐνετέλλετο,
*μή τε κτενειν μηδένα Σαμίων μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, ἀπαθέει τε κακῶν ἀπο-
*δοῦναι τὴν νῆσον Συλοσῶντι, τούτων μὲν τῶν ἐντολέων μεμημένος ἐπελαν-
θάνετο cet. primum accusativus ἐντολάς positus est, quamquam sequitur verbum,
quod genitivum postulat; habuerat enim Herodotus in animo verbum ponere,
*ex quo ille accusativus pendere posset; illius vero oblitus genitivum ἐντολέων*****

addidit. Cf. I, 214 καὶ γὰρ τὴν Καῦνον — τότε σφι καὶ αὕτη προσεγένετο. — Paullo difficilior ad explicandum accusativus est III, 99 (οἱ Παδαῖοι τὸν κάμυοντα) κτείνουσι φάμενοι αὐτὸν τηκόμενον τῇ νούσῳ τὰ χρέα σφίσι διαφθείρεσθαι. Equidem appositionem quandam τὰ χρέα ad αὐτόν esse putaverim: ipsum, scilicet carnem ejus, morbo tabescentem corrumpi.

Ab accusativis ad dativos transeamus. Inveniuntur enim etiam dativi participiorum, quorum loco vulgaris enuntiationum formatio alios casus postulabat. Quorum unus (IV, 147) attractione videtur ortus esse, quam ibi locum habere res ipsa docet: προσσχόντι δὲ εἴτε δή οἱ ἡ χώρῃ ἥρεσε, εἴτε καὶ ἄλλως ἥθελησε ποιῆσαι τοῦτο, καταλείπει γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ταύτη ἄλλους τε τῶν Φοινίκων καὶ δὴ καὶ τῶν ἑωυτοῦ συγγενέων Μεμβλαρον. Propositum erat Herodoto dicere: προσσχὼν δὲ καταλείπει, pro nominativo προσσχών dativum posuit, properea quod sequebatur: εἴτε δή οἱ ἡ χώρῃ ἥρεσε, tum — id quod saepe ei in particulae εἴτε usu accidisse supra commemoravimus — oblitus alteram harum enuntiationum pendere e verbo finito, quod in exitu periodi positurus fuerat, id ipsum adjicere omisit, itaque particulam γάρ inseruit.

Restant eae anacoluthiae, quae ad verba pertinent. Hic praefandum videtur omnia me praeteritum, quae quum de copia et luxuria orationis disputarem allata sunt. Illo autem numero omnes loci habendi sunt, quibus perspicuitatis causa aut idem verbum bis positum aut ad verbum finitum ejusdem verbi participium additum est, aut interrupta interjectis vocabulis enuntiatione ἐπανάληψις locum habuit. Neque de locis qualis est VI, 132 (*Μιλιάδης*) αἰτήσας νέας ἑβδομήκοντα καὶ στρατήν τε καὶ χρήματα Ἀθηναίοις, οὐ φράσας σφι, ἐπ' ἣν ἐπιστρατεύεται χώρην, ἀλλὰ φὰς αὐτὸνς καταπλούτειν ἣν οἱ ἐπωνται, επὶ γὰρ χώρην τοιαύτην δὴ τινα ἀξειν, ὅθεν χρυσὸν εὐπετέως ἀφθονον οἴσονται, λεγων τοιαῦτα αἵτες τὰς νέας plura disserere opus est; anacoluthia enim quae in verbis inest, inde est orta quod Herodotus quum diceret αἵτες τὰς νέας se idem jam initio dixisse prorsus obesus est. — Non multum distat anacoluthia, quam legimus I, 197 προσιόντες ὡν πρὸς τὸν κάμυοντα συμβούλεύοντι περὶ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτο ἐπαθε δκοῖον ἔχει δ κάμυων ἢ ἄλλον εἶδε παθόντα, ταῦτα προσιόντες συμβούλεύοντι καὶ παραινέοντι ἕσσα αὐτὸς ποιήσας ἔξεφυγε δμοῖην νοῦσον. Non unam sed duas hic habemus ἀποδόσεις. Nam videtur ita Kruegero auctore locus accipiendus; neque cum ceteris post παθόντα

sententia claudenda. Contra idem statuere I, 184 (ubi Kruegerus pro γυναικες· η μεν scribi vult γυναικες, η μεν) non opus est. Sed I, 77 anacoluthiam esse manifestum est: Κροῖσος δὲ μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἔωντοῦ στράτευμα — ταῦτα μεμφθεὶς, ὡς τῇ διπεραίῃ οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιδὼν δὲ Κέρος, ἀπῆλαντε ἐς τὰς Σάρδις, ἐν νόῳ ἔχων παρακαλεσας μὲν Αἴγυπτους κατὰ τὸ δοκιον, — μεταπεμψάμενος δὲ καὶ Βαβυλωνίους, — ἐπαγγείλας δὲ καὶ Αιγαδαιμόνους παρεῖναι ἐς χρόνον δητὸν, ἀλίσας τε δὴ τούτους καὶ τὴν ἔωντοῦ συλλεξας στρατιὴν ἐνένωτο τὸν χειμῶνα παρεὶς ἄμα τῷ ἔαρι στρατεύειν ἐπὶ τὸν Πέρσας. Postquam enim Herodotus verbum finitum posuit ἀπῆλαντε ἐς τὰς Σάρδις, participium ἐν νόῳ ἔχων adjicit, ex quo debebat infinitivus pendere, cui annexi poterat longa ista participiorum series (παρακαλεσας — μεταπεμψάμενος — ἐπαγγείλας — ἀλίσας — συλλεξας). — Sed propter tantam participiorum multitudinem scriptori verbum finitum, quod supra posuerat, memoria excidit; itaque claudit sententiam, alterum verbum finitum adjiciens ἐνένωτο — στρατεύειν.

Sed ut commentatiunculae tandem finis imponatur, reliquum est, ut de locutionibus illis pauca dicamus, quae cum sententiam potius quam serveram constructionem sequantur a vulgari usu nonnihil recedunt. Quae comparent sane apud omnes scriptores; sed Herodotha qua est libertate in conformandis enuntiatis magis familiares sunt, quam ceteris. Ac primum quidem in eum numerum illae enuntiationes sunt referendae, quae subjecto carent, quod facile potest suppleri. Ita II, 47 ad ἐπεὰν Θύσῃ subintelligendus est δὲ Θύων, II, 38 ad ἴδηται δὲ δοκιμάζων, II, 70 ad ἐπεὰν δελεάσῃ δὲ δελεάζων, VI, 19 ad ἔχονται δὲ θεός. — Similia leguntur IV, 22; IV, 172; II, 86 cet. Cf. quae Lhardy contulit ad II, 38. Deinde pluribus locis subjectum mutatur nulla ejus rei facta significatione. Ita III, 115 extr. αὐτὸν δὲ σὲ καὶ τὸν σοὺς συμπλόους τριῶν ἡμερῶν προσαγορεύω ἐκ τῆς ἐμῆς γῆς ἐς ἄλλην τινὰ μετορμίζεσθαι, εἰ δὲ μὴ, ἀτε πολεμίους περιέψεσθαι. Nam prioris infinitivi μετορμίζεσθαι subjectum est σὲ καὶ τὸν σοὺς συμπλόους, ad posteriorem περιέψεσθαι ἐγώ subintelligendum. Similiter III, 65 in verbis ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχονται αὐτὴν κιησάμενοι, δόλῳ ἀπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων subjectum est τὸν Μήδους, contra in iis quae sequuntur: εἴτε καὶ σθένεῖ τεῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι ὑμέας — τὸν Πέρσας est subaudiendum. Et quum Darius sic scribit ad Histiaeum: οὐδέν τω ἄλλο χρῆμα οὕτω ἐν βραχεῖ ἐπεξήτησα ὡς σὲ ἴδειν τε καὶ ἐς λόγους μοι ἀπικέσθαι,

infinitivi ἵδειν et ἀπικέσθαι diversa habent subjecta, Darium et Histiaeum. Eodem spectat, quod non raro pronomina ad substantivum sunt referenda, quod in verbis scriptoris non legitur; ut I, 145 Αἴγαὶ ἐν τῇ pro ἐν ταῖς propterea dictum esse manifestum est, quod Herodoti menti obversabatur substantivum πόλις; II, 5 τῆς πέρι dictum est, quod in τὰ κατύπερθε latet ἡ χώρα; II, 65 τὰ δέ refertur ad θηρία quae ex adjectivo θηριώδης subaudienda sunt; III, 61 προερεόντα numero singulari dictum est, quamquam paullo ante pluralis substantivi κήρουνας positus erat; IV, 3 reperitur νεότης, οὗ pro οἱ νεοι, οἱ cet.